P. Ovidii Nasonis Carmina: Metamorpho... (1889)

Ovid, Alexander Riese

Internet Archive

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Class 765m
1871
v. 2

Digitized by Google

Digitized by Google

P. OVIDIUS NASO.

VOL. II.

Digitized by Google

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

CARMINA

EDIDIT

ALEXANDER RIESE.

VOL. II:

METAMORPHOSES.

EDITIO STEREOTYPA ITERUM RECOGNITA.

EX OFFICINA BERNHARDI TAUCHNITZ.

LIPSIAE MDCCCLXXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA
PA6519
A2
1871
v.2
MAIN

PRAEFATIO.

Iam cum Amoribus scribendis operam dabat Ovidius, id quod per satis longum temporis spatium fecisse videtur, hic illic eis inseruit quae demonstrant eum ab altioribus quoque studiis poeticis iam tum non alienum fuisse. Atque ut omittam quae de tragoediae studio eius Am. II 18 III 1 leguntur, *arma violentaque bella* metro epico (v. 2) scribere eum instituisse sed ad elegos inde vergisse Am. I 1 (quod carmen nescio an tempore ultimum toto operi praepositum sit) comperimus. Accuratius edocemur Am. II 1, *caelestia* haec *bella* fuisse et quidem Gigantomachiae sed etiam rebus Troicis describendis eum operam navasse; praeterea III 12 eum '*cum Thebe, cum Troia foret, cum Caesaris acta*,' quibus ingenium exercere posset, non tamen ideo ab elegis se removisse; praecipuum autem est, quod ib. v. 21—40 multas earum fabularum enumerat, quas revera in Metamorphoseon opere tractavit. Quas quamquam ibi *poetis* in universum callide vindicat, nec vero nullas earum in Met. omisit, inde tamen efficitur, consilium huius operis ei tunc cum Am. III 12 scriberet, iam clare in mente positum fuisse et fortasse eum iam ipsum opus adgressum esse, cum antea *bellorum* canendorum rationes licet non tam certas sibi instituisset. Denique post finitos Amores (III 15) quasi plenis velis novum opus invectus est. — Occupatus autem erat et Metamorphosesin conscribendis, et eodem tempore Fastorum libris I—VI concinnandis, qui partim cum Metamorphoseon argumento conveniunt: cum anno Chr. 9 maior quinquagenario exul Tomos abiit. Tunc Fasti adhuc imperfecti, Metamorphoses ad ultimum quidem versum conscriptae sed nondum perpolitae erant,[1] cf. Tristium I 7. Quare eas delere Vergiliano exemplo in animo habuisse videtur (*carmina mutatas hominum dicentia formas, infelix domini quod fuga rupit opus; haec ego discedens, sicut bene multa meorum, ipse mea posui maestus in igne manu*), sed cum iam ab aliis (clam ipso poeta?) descriptae fuissent, consilium perficere non poterat: *quae quoniam non sunt penitus sublata, sed extant, pluribus exemplis scripta fuisse reor.* cf. quae infra de re critica disserens exponam.

Consilium poetae id erat, ut transformationes, sive ut ipsius vocabulo utar, *mutatas formas* fabulis narratas, quas ex uberrimo Graecorum poetarum mythographorumque penu depromere licebat, additis quibusdam Latinis in unum corpus colligeret. Hae autem fabulae quibus formae deorum vel hominum rerumve mutatae feruntur qualesque apud plurimos existunt populos, unde primum duxerint originem, non est huius loci quaerere, quippe quae et Ovidii et auctorum eius

1 Inde intellegenda, quae paulo neglegentius posita sunt (qualia quidem raro occurrunt), ut est I 638 sq. '*ripas*' repetitum, I 681 '*euntem multa loquendo* detinuit *sermone* diem,' similiter XIII 118 sq.; IX 36 '*fulvae* tactu *flavescit* harenae'(?) all. Sic VII 683 non congruit cum 845, VIII 237 cum 256 all.; nec tamen in his poetica quaedam ratio abesse potest neque in illis I 218 (*Arcadis*, cum nondum ab Arcade Arcadia esset appellata) all.; nec vero VI 416 '*nobilis aere Corinthus*' Ovidii hoc proprium esse obliviscamur, ut heroum mores et instituta suo ipsius aevo fere similes depingat.

Digitized by Google

temporibus iam prorsus excultae fuerint. Et Graecorum quidem auctorum opera in simili argumento versantia haec fere memorantur: Boei (*Βοῖος ἢ Βοιώ* Athen. IX 393 e) *Ὀρνιθογονία*, Nicandri Colophonii *Ἑτεροιούμενα* quinque libris conscripta versu heroico,[2] Theodori(?) et Didymarchi et Parthenii Nicaeensis opera *Μεταμορφώσεις* inscripta, Antigoni *Ἀλλοιώσεις*, Corinnae *Ἑτεροῖα*. His operibus et Graecae omnium gentium regionumque fabulae et barbarae quoque ni fallor, velut Phrygica illa de Philemone et Baucide aliaeque ab Ovidio breviter commemoratae (IV 44 all.) legebantur. Ex his similibusque auctoribus pedestri quoque sermone syllogae factae sunt, velut ea quae adhuc extat Antonini Liberalis *Μεταμορφώσεων συναγωγή* et ea cuius vestigia apparent in farragine illa cui 'Hygini fabulae' inscriptum est, quaeque multa apud Ovidium quoque extantia continet. Qui autem Ovidii ipsius fontes fuerint (cuius amicus quoque 'grandior aevo' Aemilius Macer 'Nicandrum secutus' Ornithogoniam scripsit), id hodie propterea demonstrari nequit, quod nusquam ipsa cuiusquam vestigia imitando pressit, sed omnia argumenta in suum usum libere convertit. Sane ineptum quidem puto negare, Nasonem syllogas quoque illas (inter quas Partheniana et Romae scripta et recentissima erat) in usum suum vocasse; neque veri dissimile puto, poetam Hygini grammatici amici sui (Sucton. de gramm. 20) doctrina in perscrutandis scriptoribus adiutum esse: cf. quod IV 53 fabulam de Pyramo et Thisbe, *quoniam vulgaris non est*, narrandam sumit. Attamen quod ad summam rem attinet, Ovidiana indole et arte unice dignum est, ut eum ex plurima omnis generis poetarum lectione quae menti ingenioque eius paratissima erant hausisse suaque illis inventa, si non in inveniendis tamen in conectendis exornandisque rebus addidisse existimemus. Nec tam quae narraret quam quomodo ea narraret, curae ei erat; quare inlustrissima quaeque ex Homero Euripide Vergilio sumpta iuxta atque ignotissima narravit: omnia autem quae narravit ita apud eum Ovidiano quasi habitu induta sunt, ut ab ipso inventa esse credi fere posset: cf. e. c. Medeae vel Hecubae *πάθη* ab Euripide eademque a Nasone delineata.

Praecipuum poeta studium in ea re collocavit, ne quid ingrati taedii ex plurima similium rerum et mutationum repetitione eveniret, sed ut summa varietas legentes delectaret: id quod in tali epylliorum ut

2 Quae Nicandro cum Ovidio communia fuerunt, etsi hic illic paulum mutata, haec fere enumerari possunt: 1) Ex Nicandri libro primo: fabulae de Batto (Nic. apud Anton. Lib. c. 23; Ovid. II 689); de Dryope (Ant. 32; similia Ov. IX 324). 2) Ex Nicandri libro secundo: de Tiresia (Ant. 17. Ov. III 316), de Byblide (Ant. 30. Ov. IX 453), de Iphide (Ant. 17, ubi *Λεύκιππος* nominatur. Ov. IX 666), de Caeni (Ant. 17. Ov. XII 146). 3) Ex Nicandri libro tertio: de Cycno (Ant. 12. Ov. VII 371), de Meleagro eiusque sororibus (Ant. 2. Ov. VIII 270 sqq. 532). 4) Ex Nicandri libro quarto: de Minyadibus (Ant. 10. Ov. IV 1), de Pieridibus (Ant. 9. Ov. V 294), de Ascalapho (Ant. 34 ubi *Ἀσκάλαφος*. Ov. V 538), de deis Typhoea fugientibus (Ant. 28, ubi *Τυφῶν*. Ov. V 318), de Galanthide (Ant. 29, ubi *Γαλινθιάς*. Ov. IX 306). 5) Ex Nicandri libris incertis: de pastoribus Lyciis (Ant. 35. Ov. VI 313). — Cum Boei fabulis apud Antonium Liberalem extantibus Ovidius in hisce congruit, quae habet de corvo (Boeus lib. II ap. Ant. 20; Ov. II 533), de 'Pygmaea matre' (Boeus lib. II ap. Ant. 16 *Οἰνόην*, sed idem ap. Athen. IX 393 e *Γερανάν* nominat, quae in gruem conversa est. Ov. VI 90), de Eumeli filio (*Βότρης* dicitur Boeo lib. II ap. Ant. 18; Ov. VII 390), de Philomela et Progne (*Ληδόνα* et *Χελιδωνίδα* nominat Boeus ap. Ant. 11, ab Ovidio VI 412 sqq. in nonnullis discrepans). De Iphi narratio (XIV 698) cum Hermesianacte ap. Ant. Lib. 39 (ubi *Ἀρχεοφῶν*) congruit. Etiam Ovidiana de Periphante (VII 398), de Cephalo et Procride (VII 661), de Myrrha et Cinyra (X 298; *Σμύρνα* et *Θείας* nominantur) apud Antoninum c. 6, 41, 34 sed nominibus auctorum omissis leguntur. Denique hoc addendum est, nonnulla quae Ovidius tangit, apud Nicandrum pleniora extitisse; fabulas dico ex Nicandri libro primo: de Cragaleo (Nic. ap. Anton. Lib. 4. Ov. XIII 713), de Cerambo (Ant. 22 ubi *Τέραμβος*. Ov. VII 353), de lupo (Ant. 38; cf. Ov. XI 403); e libro secundo: de Municho (Ant. 14; Ov. XIII 717), de Messaplis (Ant. 31; Ov. XIV 514); e tertio: de Ctesylla (Ant. 1. Ov. VII 368); e quarto: de Orionis filiabus (Ant. 25. Ov. XIII 693).

Digitized by Google

ita dicam sylloga, quamquam iam *Ἡοῖαι* et postea multa Alexandrinorum carmina ita erant disposita, curandum erat maxime. Quod consilium per se difficillimum Naso, ea quam vol. I p. XII descripsi[3] indole adiutus, felicissime assecutus est, artificiis quibusdam eam in rem usus. Quorum unum hoc est, quod non omnia pariter copiose narrat, sed binis ternisve singulorum librorum fabulis plenissime exhibitis reliquas his immiscens vel brevius narrat vel verbo tantummodo tangit. Alterum, quod sublimia et tenuia, laeta et tristia, notissima et recondita, res gestas et animorum motus descriptos aptis inter se vicibus coniungit.[4] Tertium est, quod alia ipse poeta narrat, alia in heroum heroidumve confabulatione, quam et ipsam vivide describit, ab his narrari fingit. Quartum, quod modo quodam sive locorum sive temporum (temporum autem ordo per totum opus in universum quidem adhibitus est) sive familiarum personarumve conexu fabularum series continuatur, modo poeta, quam raptim ad res diversissimas transeat, legentem permulcens callide dissimulat, romanticae quae dicitur nostri temporis poesi ea re aliisque non prorsus dissimilis. Sed nihil profecisset artificiis omnibus, nihil ea quoque qua excellit rhetoricae artis perfectione, nisi summa narrandi et depingendi praeditus fuisset facultate. Qua hic non ut antea in leviore et tenuiore genere substitit, sed sublimia quoque sublimiter sine affectatione descripsit; cuius rei exempla habeas pestem libro VII vel post Thucydidem Lucretium Vergilium eximie descriptam, vel Lapitharum cum Centauris pugnam libro XII tanta vi et gravitate narratam ut cum Michaelis Angeli summis equidem artis operibus comparare ausim. In narrando enim Ovidium, ut Horatii verbis utar, 'omnis decuit color et status et res.'

Veteres de Metamorphosesi non sine reprehensione iudicabant. Seneca Q. nat. III 27, 12 '[II 264] *ait ille poetarum ingeniosissimus egregie, sicut illud pro magnitudine rei dixit* [I 292], *nisi tantum impetum ingenii et materiae ad pueriles ineptias reduxisset.*' Quintil. IV 1, 77 '*Ovidius lascivire in Metamorphosesi solet* [*ut ipse transitus efficiat aliquam utique sententiam*], *quem tamen excusare necessitas potest res diversissimas in speciem unius corporis colligentem.*' In scholis lectas esse non comperimus, nec verisimile est; legebantur et a grammaticis et mythologiae cognoscendae causa. Hinc non raro citantur, a Prisciano praecipue; hinc et in prosam orationem a Lactantio Placido (si nomen verum est) circiter saec. V—VI breviatae sunt. Medio aevo priore paucorum hominum, posteriore multorum gratia floruerunt, descriptae, versae, interpolatae sunt. Saeculo XIII Albrechtus de Halberstadt in Germanicum, saec. XIV Maximus Planudes in Graecum sermonem vertit. Inde a renatis litteris Homero fere praeferebantur, quod iudicium diu mansit; ab eodem tempore et in scholarum institutione et in elegantioris doctrinae instrumentis locum suum habent. —

Iam ad rem criticam quam paucissimis verbis constituendam ut transeam, etiam in hoc volumine in universum R. Merkelii rationi assentior, cum quo codicem Marcianum Florentinum 225 saec. XI exeuntis (*M*), cuius lectiones simulque Laurentiani 36, 12 saec. XI (*L*) insigni H. Keilii liberalitati et ille debuit et ego debeo, optimum esse iudico.

3 Quod ib. p. X breviter indicavi, Ovidium saepe vel suos vel aliorum versus in usum suum revocasse, id iam copiosissime demonstratum est in libro utili Antonii Zingerle 'Ovidius und sein Verhältniss zu den Vorgängern und gleichzeitigen römischen Dichtern' Innsbruck a. 1869—1871. cf. quae dixi in *Philolog. Anzeiger* 1872 p. 199 sqq.

4 Perperam in eo quoque talis varietas nonnullis inesse visa est, quod rem quoque a fabulis alienam, Pythagorae doctrinam, inseruerit: haec enim propter *μετεμψύχωσιν* uberrime libro XV tractatam a *mutatarum formarum* opere non est aliena.

Digitized by Google

Nec tamen ita id intellegi volo, quasi sicut Parisini duo in primo volumine adhibiti ceteros omnes longo post se intervallo relinqueret. Res enim per se satis intricata ita se habet. *M* et *L* ad idem exemplum (quod ego *A* nominavi) redeunt, id quod ex plurimis locis ubi vel in corruptelis vel in re orthographica plene consentiunt, liquet: nec tamen cum Merkelio 'ab eodem antiquiori exemplo' utrumque descriptum dico, sed duobus minime gradibus *L* ab *A* distat, interposito codice qui alias lectiones ex altera quadam familia in marginem receperat: quas *L* deinde poetae verbis inseruit. Velut quod III 482 *M roseum* habet, *L tenuem;* VII 19 *gravat M, trahit L;* III 102 *motae M, matri L.* Extat enim alterum quoque textus Ovidiani genus, quod in libris multis — plurimi enim Metamm. codices extant — ab Heinsio Iahnio Loersio aliis adhibitis deprehenditur (quos quidem codices ego sive omnes sive ex parte ς nominavi, ubicumque eos adferre e re videbatur; nam nec ubique nec omnes attuli nec nisi ex edd. modo nominatis eos novi[5]): estque res dignissima in quam aliquando vir doctus plenissimo instructus apparatu inquirat. Cave enim credas lectiones ς recentioris originis esse omnes. Fragmentum enim antiquissimum Bernense (cod. Bern. 363; dixi *B*), quod lib. I 1—199. 304—309. 773—778. II 1—22. III 1—56 continens saec. VIII exeunte scriptum Herm. Hagenus amicus in meum usum contulit, lectionem multis locis prorsus aliam atque *A* continet: et vero quisnam ex ipsa re diiudicare poterit, utrum e. c. I 70 *et quae pressa diu massa latuere sub illa* (*A*) an *et quae pressa diu fuerant caligne caeca* (*B*) melius sit? Atque etiam ultra antiquissimum librum ad testimonia auctorum progredi licet; in quibus quamquam memoriae erroribus multa orta libenter concedimus, tamen in nonnullis hoc fieri non potuisse re ipsa certum est, veluti in illis VI 57 sq. *quod digiti expediunt atque inter stamina ductum percusso feriunt inserti pectine dentes* a Seneca epp. 90, 20 ita cum vocabulo haudquaquam vulgari laudatis: *quod lato paviunt inserti pectine dentes;* fortasse item in illis VI 465 ubi *effreno* libri nostri, *inopino* Priscianus praebent. Quid multa? respice quid Ovidius ipse doceat Trist. I 7, carmen suum cum exul Tomos abiret adhuc *crescens et rude* (v. 22) fuisse, *summam abesse manum* (v. 28), deesse *ultimam limam* (v. 30), *emendaturum si licuisset*[6] fuisse (v. 40): et veri simillimum tibi videbitur, diversas lectiones quasdam ab ipso poeta originem ducere, qui nondum diiudicato quas tandem praelaturus esset, omnes in autographo suo adscripsit, quarumque pars in haec pars in illa exemplaria migravit. Ita XIV 552 et *quodque prius* et *quodque latus* ab ipso Nasone scriptum est. Efficitur ea re, ut labore critico in hoc opere non id assequendum sit ut indagetur, quid solum a manu poetae singulis locis venerit (nam utraque lectio ab eo venisse potest, et fortasse plures quoque quam quae nobis sunt servatae): sed ut unam certamque scripturae familiam adhibeamus, quae et posteriorum interpolatione vacet et ipsa in universum spectata ea sit, si fieri possit, quam 'emendaturus' poeta praelaturus fuerit. Hanc familiam non libro *B* (qui I 190. 307 all. optima, sed I 59. 81 all. deteriora quam *A* praebet), sed libro *M* repraesentari dico, si quidem sana cum ratione adhibetur. Nam et hic satis mendosus est, si quidem hic illic librarius evanida archetypi vestigia non satis feliciter resuscitavit (II 263 *quod* pro *quos*, 308 *lumina* pro *fulmina*, X 653 *pendebat* habet pro *pede libat*, XII 520 *haec qdã* pro *liquidas*, XIV 202 *ciclops*

5 In nonnullis eorum interpolatio late propagata est, cavendumque, ut haec a vetusta illa contextus discrepantia probe discernatur.

6 Hexastichon quod Ovidius operi suo praemitti iussit, unde haec verba sumpsi, in libro *M* revera praemissum legitur.

Digitized by Google

animum pro *oculos minimum;* ib. 233, 632, 798), passim versus omissi sunt, plerumque propter similis initii exitusve versus propinquos (cf. Merkel. praef. p. V), quorum Merkelius quoque multos iam esse omittendos putavit, velut XIII 848 et VIII 87, quem Priscianus iam attulit; interpretationibus quoque (V 576 *Alphei* pro *Elei*, X 50 *Orpheus* pro *heros*, XII 321 *telo* pro *amento*) et interpolationibus (I 114 *subütque* pro *subüt;* XI 421 sq.; XIV 561; X 653 *summa celeris — harena*, quod iam supra commemoravi; all.), quarum pars in supplendis finibus versuum olim evanidis versatur (II 503, IX 778, X 363, XIV 13 all. cf. Merkel. p. V sq.), non liber est, neque erroribus ratione omnino carentibus, velut V 301 *poenam* pro *turbam* et ib. 598 *fontis* pro *ripae*, nisi forte ad modo dictum genus haec pertinent. In talibus locis ab *L* libro alias deteriore hic illic auxilium petendum est, nec tamen ubique: quippe iam utriusque archetypum *A* interpolationibus non vacasse ex VII 710 (*referam quoque* pro *referebam*), VIII 306 (*Plexippus* pro *Leucippus*), IV 154 (*his* pro *hoc*) multisque aliis apertum fit. Quid quod I 53 pro his *pondus aquae levius* et *A* et *B* interpolatum (nam sensu caret) exhibent *pondere aquae levior?* — Attamen haec vitia omnia non impediunt, ne virtutibus suis liber *M* etiam optimos ex ς (quantum quidem noti sunt) longe superet (cf. e. c. VI 675. VII 89; 158; 525; VIII 222; X 192; XIV 412 et quae Merkel. p. VII enumerat): quae virtutes ut consentaneum est et in nominibus propriis recte exhibendis et praesertim in locis corruptis optime elucent, in quibus *M* multo propior vero est quam ceteri (neque raro ipse verum praebet, ubi Merkelius immerito eum neglexit, cf. II 14, II 45 locosque plurimos, ubi verae suae sententiae 'licebit [reicere quae *M* praebet] quoties, cur altera scriptura praestet, liquido monstrari potest' immemor erat), velut VII 207 (*Temesaea: temerata L*ς *temes*$\widetilde{a}$, sed *s* erasum, *M*), XIV 185 (*fluctus uentusue M fluctusue lapisue* ς eleganti interpolatione; sed *fluctusve ictusve* aperte scribendum est), VII 687 (*ceterum M, et cetera L*ς*; sed enim* corr. Merkel.), XI 293 (*iam tum: tantum M, quantum* ς), IV 46, all. Quare a libri *M* lectione ad verum inveniendum proficiscendum est, nec dubitavi eam scripturam in apparatu critico illis quoque locis exhibere, ubi aperte corrupta et nondum emendata est egoque vulgatam lectionem sequor, sperans fore ut ex *M* verum aliquando eliciatur. Coniectura enim multis in locis opus est. Apparatum qui dicitur criticum ita institui, ut et quam brevissimus esset et demptis, quae non erant necessaria, omnia tamen ad textum constituendum vere utilia plene exhiberet. Itaque librum *M* et L^7 consentientes (*A*) praeter orthographica plene enotavi, ex *M* non omisi nisi levissima (*m* est altera correctoris manus [ut *l* in *L*], priore paulo recentior, cum *L* saepius conspirans; hic illic non certe ab *M* distingui potest), *L* ab *M* discrepantem et saepe satis libere mutantem adhibui quotiens utile visum est. *B* adhuc incognitum plene enotavi praeter *e ae*, *i y* mutatas et glossulas. Librorum ς lectiones raro ex eis quae Heinsius Iahniusque protulerunt deprompsi. Ipse libri Hamburgensis nunc Havniensis (*H*) saec. XII collationem in Bonnensi Burmanniae editionis exemplari extantem a P. D. Longolio accurate ut videtur factam novi, cumque is liber modo ad *M* modo ad *L* vergere sed inter libros ς insignem locum tenere mihi videretur, eum ducem secutus sum ubi *M* deest. Codex Berolinensis saec. XIII ab Imm. Bekkero nunt. acad. Berol. a. 1853 collatus et fragmentum librorum VIII et IX Monasteriense saec. XII a F. Schultzio

7 In *M* desunt XIII 276—343. XIV 272—307. 831 — XV fin. — *L* desinit XII 298 (non 280 quod Merkelius dicit), quem ex parte Keilius, totum Meyncke contulit. — *M* etiam Lactantii Placidi argumenta Metamorphoseon continet, quae ut inde describantur et edantur optandum est.

Digitized by Google

a. 1860 in programmate gymn. Monast. adhibitum nil memorabile mihi suppeditaverunt. Idem dicendum de codice Francofurtensi (*F*) saec. XIII, quem ex parte contuli.[8]

In re orthographica operam dedi, ut Augusteae aetatis vel statim sequentis, quantum posset fieri, ratio restitueretur. Codices Metamm. utpote non satis antiquos, nisi in quibus vocabulis antiquiora testimonia non extant, non multum curavi; de quorum scriptura Merkelius in praef. satis accurate disputavit. Nolui igitur cum *A* scribere *bachus cespes coherceo dii diis foetus gleba genitrix hii hiis hiemps honus* (pro *onus*) *humerus humidus humor Iupiter menbrum querella pelex solatium thorus* all. neque *brachium*.[9] Omnino aequabilitati studendum putavi: quare accusativos in *-es* exeuntes nusquam *-is* syllaba terminavi, licet I 153 VI 454 IX 96, 381 XIV 87, 733 all. in *A*, adeoque I 117, 149, 304, 305 II 12 III 41 (et in nominativo I 147) in *B* huius terminationis vestigia appareant. Etiam *cx* et *xs*, etsi Ovidii aetate usitata (*saxsum* est in Ovidiana inscriptione CIL IV 1895), non a me impetravi ut ponerem in editione scholis quoque destinata. In verbis compositis assimilatione, quae in *A* saepissime adhibita est, ita fere usus sum, ut de ea re Brambachius in minore orthographiae latinae Arte docuit; fortasse *inl-* et *inm-* hic illic scribendum fuit pro *ill-* et *imm-*. Accusativis in *-in* exeuntibus, ubicumque per *A* licebat, *-im* restitui, monumenti Ancyrani Vergiliique (cf. Charisius p. 89 K.) normam secutus. Notandum quoque Graeca nomina multa in *us* primo casu, quarto in *on* exire in *M* vel *A*, omninoque in terminationibus *-us -os*, *-a -e*, *-em -en*, *-um -on* poetam consulto variare.

Pervenimus iam ad commentarium criticum, qui qua ratione confectus sit, supra est demonstratum. Id unum praemitto, editionem meam a Merkeliana ita maxime discrepare, ut plurimis in locis librum *M* sequar ubi ille sine idonea causa ad ς se convertit (cf. etiam I 85), utque multis artificiosis illius coniecturis (sed etiam ingeniosas non paucas ei deberi fatendum est) reiectis simpliciora et aptiora aliorum inventa receperim; forsitan ipse quoque locis non nullis medelam attulerim. Ubi nihil commemoravi, lectio a me recepta, si ab orthographia discesseris, aut in A aut in M aut in L (inde a XII 298 in ς) extat. Sequitur iam adnotatio.

I.

METAMORFOSEOS *M*, -PHOSEON *BL*.

1—54 *evanida paene in L.*

2 concoeptis nam di *B* 3 adsp. *B* 6 uultus *B* 13 brachia *A ubique*, *B* 14 amphitrites *M* 15 utque *BM:* quaque *m* (utqua *L*?) erat *BA;* qua refugit (*i. e.* quaque fuit) *Porphyrio*, et t. *A* ut pontus *Porph.*, et pontus *BA* et aether *ML.* utque aer, t. i. et p. et aether *Hauptius; quod displicet quia aëris, non telluris, mentio fieret praecipua; simul quia v.* 15 *quattuor, sed v.* 16 *sq. tria iantum elementa commemorari vix aptum est.* 18 quia] quod *B* 19 humentia *BM* 21 litem, *supra* i limitem *B* 23 ethere *M* 25 concordia *B.* locauit *B sed corr.* 29 hic *B* 30 sua *BM* sui *L.* humor *BM* 31 extima *Bentleius.* 33 coegit *B* 34 *ante* 33, *sed corr.*, *B* 35 orbes *B* 36 tunc *M* tum *B* diffundit *B* 41 recepto *B* 43 v. s. c. *B* 50 *sic A* utrque *B* 53 pondere aquae leuior *BM* 56 fulgora *B* 59 regat *L* rotat *B* fulmina *B* 61 furus, *in mg. corr.*, *B* 64 triones *BL*, *Seneca*, *Diomedes* trionem *M* 67 et *om. L* 69 atque ea *B* vix ea *m L* vix ita *Ml* discerpserat *A*, *recte B* 70 diu fuerant caligine caeca *B*, *recte?* 72 *sic BA; cf. v.* 464. 80 eductaque *B* 81 retinebant *B* 82 pluuialibus *B* 83 mo-

8 Singulis fabulis inscriptiones ego ipse addidi, scholarum usui prospiciens.

9 Verum quidem adhuc puto quod vol. I p. XIII dixi, *bracchium* scripturam ad *Bacchus* vocabuli similitudinem positam esse: sed antiquo iam tempore ea de causa haec scriptura adhibebatur, praesertim cum per geminatam *c* litteram *a* litteram produci ostenderetur, Graeca voce βραχίων vocalem *a* corripiente.

Digitized by Google

derantium *Lm* 85 subi me *B* uidere *BAς* tueri *pauci: quod vellem poeta scripsisset.* 91-93 *L in mg.; B om.* 92 ligabantur *A* 93 uindice *Aς* iudice ς t.] leges *l* 94 uiserat *B* 99 erant ς 103 gogente *B sed corr.* 5 poma *B* 7 euris *B* 8 mulgebant *B* 14 subiitq; *M, recte B* 17 inaequalis *B* 21 domos *BL* 22 fructices *B* 25 illam *M* illas *L* 29 fugitque *B* 28 per oris *B* 30 dolisque *B* 31 et vis] tuis *B* 32 dabat *sic A*, nec *A* neque *B* 33 diu *A* prius *B* 34 exultauere *B* 35 auras *M erasum* aurae *Lm* 39 que *om. B* 42 prodiderat. prodiit *B* 47 terribilis *B* 49 madentis *B* 52 gigantes *M* (e *in ras.*) *L* 53 montes *B* 55 subiecto *Lmς* (-ect≡ *M*) subiectum *lςm*² subiectae *B, recte* Pelio Ossam *Burm. cl. Verg. g. I* 281. Ossa ς 66 animos *A* animo *Neap. Bς* Ioue *om. M* 73 a f.] hac parte *B* 75 caeli] regis *in ras. m* 78 loco est *M* 81 ora *om. B* 83 fuit *B* 89 terra ς terras *BA* 90 tentata *BL* temptanda *M* corpus *BA* uulnus *M in mg., ςl* 91 inse *B* est *om. B* 96 o pueri *sed corr. B* 97 qui] ui *B* 98 erit ante *B* 99 Nonfr. *B* Contr. *A* ausu *B, hic desinens* 217 cilleno *A* 18 archados ς 26 est] *om. L* 33 ab illo, 35 utitur *M* 30 quod *M* quos *l* 31 dominum *A* dignosque *L. fortasse* dominum indignosque? 51 sobolem *A* 55 totusque *L* 58 ples obsessa *M, recte L* 68 lata *Heinsius* 69 hinc] et *L.* 70 inducta *L* 71 yris *A* 74 est *om.* ς 84 v.] sinus ς 90 labant *Seneca* 92 erat *L, recte?* 93 colles *A* cymba *L* kimba *M* 97 anchora *A* 98 tegunt *A, corr. l.* 99 quo *A* **304** *sq.* natoves, nec-apro, unde-tigris, fulvos trahit-leonis *B* fuluos-tigres *m, om. M* 6 curura nes *B* 7 posset *B* possit *M* detur *L ex Aen. III* 7. 13 acteis *Aς; em. Delrio* Aoniis Aetolos *Suchier.* 16 ferit *schol. Lucan.* III 173. 20 *sic A* 21 themim *L* 26 ac *L* et *m* (*vers. om. M*) 32 tinctum *Bentleius* 33 conchaque *A* 40 recessus *Lm* (*M eras.*), *corr.* ς 44 *spurium puto* 50 abortis *A* 53 iuncxit *A* 60 dolores *A, corr. m.* 63 possim *M* -em *Lm* 66 uisum est *L* 69 cephesidis *A, ut plerumque* 70 ut- sic *M* sed-sed *L* et-set *m* 82 cunctasque *A* 84 obstup. *Lm* rupitque *L* 88 obs.] suspensa *Seneca* 89 dee sortes *M* 90 Hinc *A* inde *Priscian. p.* 67 *H.* 98 descendunt *M, recte L* **404** ut] et *M* 5 cepta *Lm* cept≡ *M; an* coepta *recte?* 14 unde *Probus* 18 caenum *A* 20 ab al. *L* 26 cepta *L* nata *m in ras.* sub *vulg.*] per *A* 39 incognita *L* 41 hanc *L* arquit., *sed corr., M* sed *Pollius* 42 damnis *M* damis *Lm* 45 possit *M* posset *L* 47 perdomite *A* 48 hic *A* pedibusq; *M* 52 quam *A* 54 uicta *L* 62 instigare *scripsi; nam* inuitare *L*, indagare *M* (inflammare ς) irritare *l* 65 deo *A* tibi ς 75 latebris *L* 79 nemorum ς 84 suffuderat *M* suffundens *L* suffunditur ς **502** quaeque latent *Quintilianus* VIII 3, 47, *recte?* 4 *sic M* peneia *Lm* 10 quo *M* (*m?*) 13 gregesue *L* 18 uerbis *M, recte Lm* 31 monebat *A* 45 *om. M* 44 spectans peneidos undas *in ras. m* 44—47: u. l. f. tellus ait isce uel istam que facit ut ledar mutando perde figuram q. n. pl. spectansque peneidos undas fer-habetis: *sic L.* quae f. ut laedar *est altera lectio* (*non ab Ovidio ipso profecta*) *ad illa* qua n. placui; *cui nescio quis inepte* (*propter* laedar, *quod cl. v.* 510 *ad pedes retulit*) tellus-istam *addidit; cf. et Rütschl. mus. rh.* I 472. 51 obit ς habent *Aς* habet ς *Magnus* 59 letis *Aς* Latiis *Heinsius* 63 iuvenile *Lm* 66 ut *ex* at *M* 68 Peneos *Probus* 72 influit *Lm* 78 enipheus *A* 79 eridanus *A* celer *Bentleius* 80 amphrisius *M m. pr.* -sios *L* 84 et *M* 90 *sic M* **604** sentit *Lς* 17 suspectum est *A* 21 expulit *M* 31 amara *corruptum?* 36 *sic Aς* 39 rictus *Merkel.* 40 seseq; exterrita fugit *L* 41 ignorat] miratur *L* 46 sed si *M* 53 reperta es *A* 59 nunc ς] et *A* 62 ostendit *M* 63 maerenti ς, *recte?* 65 inde *Ml* ipse *L, cod. Harleianus* 71 *et* 73 tegumen *M* tegimen *Lm* 77 abductas *Heinsius* 77 noueartis *Lς* at tu *cod. Thuan.* arce *M* 78 poteris *M* 92 umbrosaq; e (q *ex* u *M*) *A* feraxq; *A* 93 ipsam *Lm* 95 et] ut *M* **709** colloquium *M* consilium *L* 19 inter (tot *eras. M*) lumina *A* 21 hunc *M* 28 que *del. Merkel* 32 queri est *L* 38 setae *A* 41 assumitur *L; v. om. M*

Digitized by Google

46 niligera *M* niligena *L* lin. ς 47 Nunc *M* Hunc *corr.* hinc *L; interpunxi* 50 *sqq.* pheton *A* 58 obpbria *A* 64 ambiguum est *M* 72 labor est patrios *B*.

II.

1 apta *Bentleius* 3 tenebat *L, recte BM* 6 aequora et accelerat *B* 8 prothea *A* 9 ballenarum *BA* 10 egona *B* 11 uidetur *AB* 12 viridi *B* 14 sororem *B* 18 se. ā *B* 19 ad cylui, *supra lin.* t adcliui, *B* 22 ferebat] uidebat *B hic desinens* 25 at *M* ad *L* 28 ferebat *L* 34 inficienda *L* -cianda, a *in ras., M* 36 *sic M!* 44 ut: *an* et? *sic* ς 45 promissis *A* -ssi ς 55 conueniunt *L* 57 fas sit *M in ras.* possit *L* 62 aget *A* agit *uel* agat ς 64 enituntur *A* enitantur *Seneca* media *A* 66 sit *A* fit *Heinsius* trepidet *A* 69 thetis *A* ima *Seneca* 75 nec te *L* 83 *interpolatus?* 93 pectore *A* **105** taliter ergo diu *m. sec.* (siue ergo qua licuit *in mg.*) *M in r.* 9 g.] musae *Diomedes p.* 451 12 nitido *M*ς rutilo *L* 16 Tum pater *L* Tuem pater, *sed* T *et* ater *m. sec., M* (*olim fort.* quem petere) Quae patere *vel* petere ς At pater ς celumq; rub. *L* 26 paternis ς 27 fortiter *L* 28 uolentes *Heinsius* 30 oblicum *L, ut saepius* 35 sursum *L* cursum *Merkel* 44 et fulget *A; corr. Heins.* 50 iuuenili *Lm* 51 leues *M* 53 pyrhos *L* et *om. A, add* ς 56 thetis *A* 57 caeli *M* mundi *L* 59 scindunt *A* findunt ς 60 hisdem *A ut saepius* 65 insueto *L* uacuos *A* -uus ς*m* aere *L* aera *M* 69 quo *L* 72 tingui *M* tingi *Lm* 74 prius *M*] suo *L, cf. v.* 224. 76 bootes *M* boetes *L* 78 dispexit *Lachmannus* ab aere *L* 79 patentes *M* 81 aborte *A* 92 *post* 94 *A*. 96 flexis utr. *A* **201** sensere ς summo tet. iacentia tergo *A* cadentia *Pollius* summum-tergum *Neap.* ς 4 ac *A* 6 decliua *Lm* 15 terras *L* gentes *M* 18 tunc *L* celeberrima *l; dedi ex A* 26 appeninus *A* 30 cursus *M* 43 teuthrantius *M* 44 ph(f)ocaico *A, corr. Merkel* 46 meander *L* 47 melax *M* 49 t(h)ermodoon *A* 52 celebrarant *l* -bant *A* 56 uocant *sed corr A* 59 *sic A* 67 focarum *A* 73 que *L, om. M* 75 oppressos *M* omniferos *mL Planudes, recte?* 76 manus *L* 78 sicca *pauci* sacra *A* rauca *G. H. Mueller* fauce *Bentleius* 83 tortos *M* tostos *m*ς 84 *pro priore* tantum *habet* fumum *M*, uolitant *L, sed in utroque in ras.; apparet*, tantum (*sic Harlei.*) *in A fuisse, sed obscuratum* 89 quod t. 1ς, *num recte?* 94 utrimque *Lm* 95 quod *A* 96 athla(n)s *A* **300** *num* Quicquid? 2 poterat *L* 3 retulit *A. post* 307 *versus deest cum mentione imbrium, cf.* 310. 308 lumina *M, corr. m* 10 dimitteret *A* 13 saeuis *A, corr. Bentleius* 24 fumantia *M* spumancia *L. fortasse* flagrantia? 26 signantque hoc ς, *fort. recte* 29 Tum *L* 37 ripa *M* terra *Lm; interpunxi.* 40 lugent *A*] fletus ς*m* 48 dirig. *L* 49 iampetie *A* 60 de cortice *L, sed corr.* 66 spectanda *M* gestanda *Lm* 73 tum *L* 76 uestit *Heinsius, recte?* 78 tradit *M*, credit *mL* 79 ignesque *L* 80 ille legit *conieci* 92 tunc *L* igniferum *M* 99 stimulos *M* caedit *Haupt* **405** prospicit *L* 6 que *om. Magnus* 8 reviviscere *L* 12 cui *m*ς (*M eras.*) ubi *L*ς cum *Rappold* 21 ph. solita c. *L* 25 uultum *M, corr. m* ultus *L* 33 se] iam *M* 34 posset *A sic* 36 illa quidem *misere interpolata puto* quem *Bentleius, cod. Harlei.* quae *M* non *L* 39 Inde *L* 44 Extimuit *L* 46 numerosq; *M* 54 *an* venatu et fr.? 74 nempe *L* 76 auersa *L* auersam *M, corr. Naugerius* a] de *L* 82 uerba potentia ς 85 tamen ς manet *A*ς 87 tendit *L* 88 sentit *corruptum* 97 ferens *Lm, recte?* annos *Lm* auctus *Merkelius* fere *et* actis *M olim*, ς **503** auenti *L*] fugit *M* 5 arguit *A* 6 et pariter *A, corr. ml* 9 in aequore *M* 14 mentior *A* 13 hic absim *M* 18 cur quis ς quisqui≡ *M* qsq, *L* 18 et vero quisquam *Ellisius* 20 En ego ς 25 expulsa *L* 26 *sic A* 29 in caelum *A* 50 nec *L* 53 creatum *M* 54 texsta *L* (*sic*) 56 et] hanc ς 59 -asos *A* 60 -ros *sic M* deducit *A* 67 me petit ipse licet non hoc *M* ipsa *L* 75 *sic M;* assumpsit *L* 82 mollibar *A* 83 egerat ς fixerat *A* 84 tangere *M* 95 a cunctis *corruptum* 95 a divis *puto* 99 coronea *M, corr. m* **600** amantis *A* 3 rapit ς 6 *sic A*

Digitized by Google

20 uidit *A* sensit *scholiasta Statii Th. VI* 384, *recte?* 27 busta *lm* 36 charicto *M* caricto *L* 42 *sic scripsi ex A* 46 prohibere *L* prohibebere l_{ς} -iberis M_{ς} 49 nunc (non *m*) iam mortalis *M*, *recte L* 55 dictis *Bentleius* 56 aborte *A* 57 peruertunt *L* mea *A* me ς 58 preuertitur *M* peruertitur *L* 64 mihi namque *L* 68 equae *A* 74 densas *ego*, *cf. Verg. georg. III* 86. dextras A_{ς}, *quod Verg. l. c. non tuetur.* 75 dedeř *L* 81 baculus siluestris oliue *Lm*; *recte M* (*ubi* baculum *in* -us *corr.*) 82 eseptem *M* 88 uicina hunc rura *L Harlei.* uicinaque *M*; tota *add. in ras. m* vicinia tota *vel* rura ς tota *add. m in ras.* vicina per arva vocabant *puto.* 701 pretium *Heinsius ex Thuaneo* pariter A_{ς} 9 monichios *A* 16 in extis *Lm* 20 auidus c. *M* 23 *sic A* 30 terrena *M*] diuersa *L* 34 totum] latum *Kochius; puto* textum *cl.* 3, 556. 36 et tersis *L* 47 est *post* Herse *L*, *post* uiae *m.* 49 ravae *Hauptius* 52 orbes *L* 56 creatum *M* 57 Lemnyacam *L* 58 Ingratamque d. f. iam ingr. *L* 65 belli *M* bello *Lm* 70 conuertit *M* 71 pigra *M* 74 uultumque ima ad suspiria *mL*$_{\varsigma}$ uultumq; deae ad suspiria *M m. pr. ut videtur*, *Erfurtanus*, ς. inde ad suspiria *puto* 88 successuruq; utique minerue M^1 successibus atque m. m_{ς} successu namque m. L_{ς} 89 quem *A* (*ex* quod *M*) 92 cacumina ς papauera *A* 95 *sic A* 99 amatis *A*, h *add. lm* 802 spatium causa *M* erret *M* 9 non setius *Heinsius* 19 caelatasque *L* 21 flectitur *Lm* 23 artus ς ungues A_{ς} inguen *Erkema* 27 in corpora *L* 51 ambulat *L* 55 vara *Bentleius* 63 *sic interpunxi.* vix ah *L* 65 nitidum *L* iam]ah *L* 66 nunc pectora *L* 67 plaudenda M_{ς} palpanda L_{ς} 71 primo *A* 74 cornum *Priscianus p.* 211 cornu *A.*

III.

6 depreendere *B* 8 *om B* 14 descenderet *B* 15 longe *m* 17 passu *B* 18 aut. *B* 19 cephesi *BA* 28 secure *B* 29 in media *Priscianus*, *B*, *recte?* 29 a culmine, *corr. m. pr.*, *M* 33 uenenis *B. v.* 33 *bis*, *sed* 34 *om. B* 34 vibrant]micant *A* 36 gradu *om. B* deausaque *B* 37 *sic BA* 39 urnae *B* undae *A*, *recte?* reliquit *BL* -nquit *M* 41 squamosus *M* orbes *B* 42 sinuatus *L* 43 leueș șerectus *B* 46 si uelli *B* 47 t. i. *B* 48 amplexibus *BL* compl. *M* 49 afflatu *BMl* afflati *L*. afflatu et *quondam putaui* funesti *B* funesta *A* 52 tegumen *M* tegmen *L* tegimen *Bm* derepta *B* dir. *A* leonis *M* -ni *BLm* 53 ferro *supra* telo *B* 56 *desinit B* 72 *sic M* 75 quoque *L* qque *M* alitus *A* 76 auras *M* herbas *mL* (*sivel*)$_{\varsigma}$ 78 extat *L* 80 perturbat *L. num* corpore? 90 in gutture *A*, *corr.*$_{\varsigma}$ 93 ima *Pollius* imae *A* 99 cum uoce *L* 102 matrique *L* 4 et impresso *L* 19 comminus *M* cominus *Lm* 20 hunc *sed corr. M* 25 sanguineam tepido *A*, *recte?* trepido ς plangebant *L*, *recte?* 27 humo *M* humi *L* 30 iussus *A* 34 natas natos(que) *A* 36 est *om. L* hominis *schol. Lucani* 40 saciati *L* 49 fortunae *Lipsiensis* fortunam A_{ς} 51 prepositum *L* 52 terra A_{ς}, *recte* meta *Li* (*psiensis*) ς, *Bentleius* 62 succinctus *Ml* (*Li*) incinctus *L* 68 tum doctior *puto* 71 nephoeleq: hialeq: ranisq: *M* nipheq: braieq: ramisq: *L* 72 pseucas *M* 76 trahebant *Li* 78 nude uiso *L*, *Li* viso nude *M* 86 est *L*, *om. M* 204 redeatne *L* 6 primi *Li* primus L_{ς} primum *M* 7 dedere *M* -runt *L* 11 nebrophones *L* 12 pher. *M* pler. *L Li* 13 fero *Li* (*sic post Heinsium ed. pr. scripsi*) ferox A_{ς} 22 lacn(a)e *A* 24 agriodos *M Li*, *corr. Hauptius* agricolos *L* 33 theridamas *A*, *correxi ex Li et Hygini fabula* 181. 32 melanchates *A Li* 34 exierat *A* -ant *Li* 35 precipitata *L* 42 latratibus L_{ς} 46 optate *L* 49 in viscera *Li* 50 falsa *Li* 51 *sq. uersus leonini*, *del. Heinsius* 61 tum *A*, *corr. Bothe* 67 *signum interrogandi posui.* 69 uni *A*, uno *M in mg.* 71 sum A_{ς} sim ς, *recte?* 72 in undas *A* 81 fit *L* 83 iouis *L* 99 nutuque 1 *cod.* 307 ille *L* 19 vacuumque *Magnus* 38 damnumque *Siebelis.* 41 fidei *A* fide *Priscianus p.* 366. datae *A* ratae *Priscianus* 43 cephisus *M* -os *L* 45 nymphae *L* 51 cephesios *L* 58 prius *M* 62 quae ne *Bentleius* 63 cum ς sub *A* 65 p. hoc S. *Lm* 68 tantum haec *Bothius* 74 ammota

Digitized by Google

et flamma *M*, *corr. m* 80 etquis *M* 81 utque *M* dimisit *L* 90 aufert A_ς, *corr. Heinsius* 96 Ettenuant *A* **400** *sq. primus damnavit N Heinsius*, 15 *et* 17 *Merkelius.* 17 umbra est *l* 20 sua] ceu *L* 27 fronti *L* 28 in mediasaquas *L* 35 tecumque *L* 42. 44 ec] et *A* 56 quem *L* 63 in te ego *L* 80 summo *et* ore *A* 82 tenuem L_ς] roseum *M*, *pauci. cf. VI* 62. 87 uti flauescere *L* 90 tecto *sic* A_ς caeco *non multi* 98 plangentis *L* **501** *possis:* dictoque 'vale' 'vale' dixit et Echo. 3 mors L_ς mox *M* 6 imposuere *A* 11 uatis *A* 18 nec *Harleianus*, *recte?* bachica *A* bachia ς 19 non] iam haud *L* 32 attollit *A* attonuit *Neap.* 39 ≡ac profugos *M*, *recte?* 45 frondibus *A* 48 uetabunt *L* 55 madidus mirra crinis *L* 66 amm. *M* recepta *L* retenta *M*, *correxi ex Neap.* 67 moderaminaque *A* 75 reuinctis *L* (*ex Verg. Aen. II* 57) 76 quondam *A* 90 nil *L* 94 fluuiale *A* 95 -getemq; *A* 97 *sic A.* Diae 2 *codd.* Ciae *Bothius* 98 advertor *Bentl.* 617 prorae] et prae *A* 19 enipheus *L* 31 atque *A* 40 Dextra *Lm* Naxus *M* -os *Lm* 41 ofeltes *m in ras.*, ς] a |||||| *M* ac(o)ete L_ς 42 per (pro *M*) se quisque timet laeuam A_ς: *correxi.* 43 aure *A:* ore *Roscherus ann. philol.* 1870 *p.* 216. 44 obstupui *L* aliquis A_ς alius ς 61 Haut *M* 69 ululant *Bentl.* 72 et presso *A*, *em. Merkel* 78 pennas *A* 80 unda *A* 88 pauidus gelidusque *A* 90 chion *M in ras.* chiam *L* diam *Neap.* 91 sacris *A*] Baccho *Rappold* festa *Erfurtanus* sacra A_ς, *recte?* 94 precipit et famulis *M* duris *A* 95 dim. morti *A* **708** in medio *L* 13 io L_ς et o M_ς *Planudes* 16 *sic* A_ς. cunctaeque seq. *Erf.* 17 *spurium puto* 24 deiectis *A*, *recte* ς vulnera *A* corpora ς, *recte?* 28 hoc uictoria *A* nostra *M* 32 *sq. suntne libri IV initium?*

IV.

10 et calathos *L* 11 *ultimum* que *in ML deest.* liceum *L* 12 indigenam *L* 15 ebhan *M* euan *L*, *Priscianus* 17 est *om. L* 20 abusque *M* 21 cingitur *A* 22 tu *M* qui *L* 31. 32 minyides *M* 28. 50 iuuenalis *M* -ilis *Lm;* *sic plerumque* 34 adducunt *M* 46 mutasse *sic M*, *em. Merkel* inbitasse *L* habitasse ς 48 altis *L* albis *M* 53 hanc ς : hec *M* hoc *L* 64 tectus] tanto *Servius* 67 notatum est *L* 74 nos toto *L* 75 *sic A* 91 uisa est *M* 92 *sic* A_ς surgit ς **100** *sic A* 13 morsu] dente *L* 21 Et *A* Ut *Erf. Heinsii* 27 purpureo A_ς puniceo ς (1 *cod.*) tinguit *M* tinxit *L* 31 uisam *L* uersam ς 36 fremit *A* tremit ς 40 sublevit *Madvig adv. crit. I* 25 45 iam ς in morte *A* 50 hec manus *A* 51 prosequar ς, *Polle* 54 His tamen *A* 55 meusque *M*, *corr. m* 61 *sic A* 68 leucothoe L_ς leucothoen *M* leuconoe ς. *puto* Leucippe *cum Antonino c.* 10, *ut error a v.* 196 *ortus sit.* 77 possint *L* 81 apte *m* arte A_ς, *recte?* 82 Et *M* 86 immisit *M* 93 color M_ς calor *L*, *pauci: cf. v. seq.* **205** etceae *M* 11 uincit L_ς 12 acham. *A* isque: *melius* ipse 13 prisci *L* belo *L* 17 quadripedes *M* 24 arripite *L* loquenti *M* 26 emetior *L* 31 faciem ς 36 diffamatam *Heinsius* 42 qua *M m. pr.* 46 phetontiados *L* 53 delituit *A* dilicuit *Priscianus p.* 477 *et* 491 60 nimpharum patiens *A*, *recte* m_ς nimborum p. *Bentleius* 73 est *l* et A_ς, *fort. recte* 80 sithon *sic A* 81 adamans *M*, n *erasa* 82 celme *A* 83 milace *A* 98 nymphae *M* limphe *Lm*$_\varsigma$ **310** proluit *L* 11 cythăriaco *M* citharaico *L* 23 mater *A*, *recte* ς 25 beatior A_ς potentior ς est *add. L* 30 enim quid M_ς] quid sit *L* 36 aut L_ς an M_ς 40 flexo *A* flexu *Lachmannus Lucr. p.* 263. 41 ut puer L_ς] scilicet *M*, *hoc loco interpolatus*, ς uacuus *M sed corr.* 46 stupuit *L* placuit *M* 47 nimphes *L* 56 et A_ς en 2_ς 58 pugnantesq; manus inuitaq; oscula *M*; recte *L* 63 sublimen *M* 67 demissis *A* 69 de(di *M*)missaque A_ς; *corr. pauci codd.* 71 et *M* ut *Lm*, *recte?* 72 deducat *A* diducat *pauci* ς 73 tetigere *L* 75 conducit *L* 78 sed forma *A* 79 nec utrumque *M* uidetur *Lm* 82 *sic L* non iam *M* 84 *sic A* 85 idem *L* 88 incerto *A* incesto *m* ingesto *olim scripsi* (*possis* iniecto *etiam vel* inserto). incesto *Merkel.* 93 et olent myrre *A* (mirre *L*) 96 in frondes *L*

Digitized by Google

400 possis ς 3 conlucent A_5 conlucere *duo ex melioribus* 7 latebras *Heinsius* 8 tenuesque *et* penne L_5; tenui *et* penna A_5 includit ς includunt *A* 12 minimam et pro c. *M*, et *om. L* 15 *sic A* 21 alumpni *L* 23 inuertere *L* 30 simuletur *M* 36 tenet *L* 36-38 *delet Polle* 42 turbamque *L* 50 semel *A* 56 laniata *L* 57 distractus *M*, *plurimi* 59 urgues *L* rediturum *Ml*, ruiturum *Lm* 63 facie *Lm* 70 furores *M* 'sorores fu' *sic L m. pr.* 73 ut erat canos *A* 82 recingitur *L* 86 avernus *Merkel* acernas *A* 87 est territa *Erf.* ς 88 parabat *A* 92 timpora *L* 93 linguasque *l* 97 animos *M* animas *l* 99 duros *L* 503 mixta] tincta ς 5 vergit *Bentl.* uertit *A* 8 motos ς 12 pandite *L* 20 sparsis *L* 22 euhe *M* euoe *L* heohe *m* 36 in medio *Lm* 41 leucothoe *A* 45 scissis *et* capillis *L* 50 *sic A, cf. v.* 151. 51 saltuque dato remoueri *Lm*, *recte M* 53 sentit *L* 57 arrectum *Mm. pr.* 61 summis mineides A_5 menides *pauci*, *em. Heinsius* 63 laborum *L* 64 et o.] portentis *L* 69 facta *A* 76 cutis *M* 78 commixta *L* 86 loquenti *A*, *recte?* volenti ς 603 solatia *A* 4 fuerat *Heinsius* 9 esse iouis *cod. Britannicus*, ς esse deum A_5 23 aequore *A.* ethere *ml* 27 regis *A* 29 cursus *M* 30 cunctis *scripsi ex M corr.*, *L* cunctos *M pr.* (?) ς 33 solis *ex* -us *M* 34 flexos *L* 35 premebant ς; n *eras.*, *M* premebat *L* 36 uirentes 1 *cod.* nitentes A_5 37 ferebant *Lm* 43 athlas *M* 46 montibus *A* 49 Quas *m* 50 ait, ne longe iup. *L* 52 athlantis *A* 55 protulit A_5 prodidit ς 59 auctus ς actus ς altus A_5 62 aerato *Bentl.* adversos *Poll. sed cf. Aen. VII* 609. 69 cepheiaque *A* 70 andromedam A_5 -dan *Neap.* -den *pauci* ς inmitis *pauci mss.* amon *L* ammon *M* 75 eximię *Lm* exiguę *M* et visae m_5. 89 eminet *fort. recte* '*meliores*' *Heinsii* 94 Tum *puto cum* ς 95 ferenda est *A* 99 aerias *Lachmannus Lucr. p.* 167; *sed cf. v.* 787. 712 visa *et* umbra *A* 17 misso *M* -o *vel*- um ς, *recte Lm* 21 patet *A* 26 uulnerat A_5 uerberat ς 32 nisus *L* 43 *sic* A_5 48 ut erant *A* 49 coraliis *L* 58 precipiunt *et* sociantur *L* 64 generosi et munere *L* 66 lyncides *Ml* alllllacides *L* abanciades ς an.] habitumque *L* 68 Cepheus *Hauptius* perseu A_5 78 que *om. A* 80 se m_5 sed *A.* quod A_5 quem *scripsi* 81 repercusso *A*, *correxi* 84 fratres *A* 88 spectatum *A* 94 neque in totis *A* 96 referrent *L* 800 *sq. in suspicionem vocavit Hauptius.*

V.

2 fremitu *et* turbae *L* 6 assimilare *A* posses *L* 17 hammon *M* amon *L* 18 ponto ς; *recte A*, *Quintilianus* 39 rhoechi *M* 47 athus, *sed corr.*, *M* 48 limnate *M*, *corr. Magnus* 53 mirra *Lm* 59 fedatos *L* 64 arripuit *A* 69 arpen *L* 63. 72 athim *L* in illum *Heins.* 74 suenites *A* 75 amphimeon *M* 80 ammoto *M* admoto L_5; *fort. recte?* hamato *Heinsius* 85 polide mona *M* polidemona *L*, *correxi* sameramio *A* 86 caucaseum *A* sperchionidemque *A* 87 hilicen phalegiamq; *M* elicen phleigăq; *L* 88 instructos *M*, *recte L* 89 nec *om. M* ausus erat *M* 95 corpore *Planudes* L_5 uulnere M_5 97 dux *scripsi* tum *M* hic *Lm* tu....iaces *Hauptius* odites *A* 98 protehonora *A* 102 devocat *A* 4 percutit *L* 5 semianimis *A* 7 boreas *L* 8 inuicti *L* 10 amphicus *A* 11 iampetide *A*; *recte* ς iapetide ς 14 cuiastanti-tenenti *L*, *sed recte M* 15 petalus *A* 16 seuum *M* 20 poste *A* 21 elisit *A* 28 *sic L* manum *M* 31 frugis *Siebelis* 35 batcreus *sic M* alcioneus *A* 40 clanim *L* 42 grauis *M* 44 mindesius *A* 47 thoastes *M* thoantes *L* 55 simul A_5 semel *pauci* 60 hic *M* 63 Choanius *Micyllus* Chauonius *Suchier.* molpheus *A* -emmon *A* 68 mollia-vulnera *M* molfea *L* 70 saltu *Polle* 72 in M^b] et L_5 75 inertia *A* 76 arpe *A* 79 conuertite *M* 80 quisquis *L* 86 diriguit *A*, *correxi* 95 non m_5] cum *M* tum *L* 99 silet L_5 silet *ex* silex *M* 216 fera *codd. pauci:* tua A_5 17 regnique *A* 30 *sic I* 33 diriguit *L* 38 protheum, 39 protheus *A* 42 polidete *A* c *add. m* 46 detractas L_5 detrectas *M* laudem *M* laudes L_5 47 pignora *L* 52 cipro A_5; *recte Planudes* 61 es *Heins.* est

Digitized by Google

L, om. M (sed habet post origo) 68. 80 memonidas *M* menn. *L* 75 n. me tota *L* 76 Daulia *L* 79 nomina *A* 92 discusique *M* discussisque *Lm* 301 poenam *M* turbam *Lm* 3 enippe *M* 14 cedemus *L* 19 gigantas *M* gigantes L_ς 29 ceruo (*sed corr.*) est *M* 33 šŧ *L* 34 uacat *ex*-cet *M* 44 possim *M* 46 *sic* ς] ingesta M_ς (*ἐπεῤῥίφη Planudes*) coniecta *L* 53 eiactat *M m. alt.* ferox *M* 54 remolliri *A* 63 depositoque metu A_ς depositique metus ς, M^1 *ex corr.* deposuitque *Planudes*, ς 70 terrae Lm_ς, *erasum M* ponti *pauci* 73 quoque iam *A* 82 auolat *M* arcu M^1 arcum *L* 83 cornum *Priscianus p.* 211 cornu *A* (-nū *M sed ˜ eras.*) 85 ethneis *et* altus *L* 86 pergus L_ς percus *M* caister *L* 87 edit *L* 89 *sic Neap.* ignes A_ς 90 tyrios M_ς, uarios Lm_ς 402 *sic A* 5 sacros *Diomedes p.* 319; *recte?* 21 terribilis *M* hortatur *A* 26 inconsanabile *M* 37 posses *A* 40 rutilis ς 45 ad ortum *L* 46 collegerat ς *ex Verg. Georg. III* 327. 50 cocta quod coxerat *L* 57 loquendi *M* 59 paventem *L* 60 latebras L_ς -bram *M* pudori *M* colori *L* 61 stillatus *Lachm. Lucr. p.* 33. 64 petiit *M* 67 qua *Ml* quo ς que *L* 82 falsa M_ς sparsa L_ς pulsa fugit *conicio* fessa *Schenkl* lassa *Bach* 99 advehor *A* 509 ut auditauoce *M* 12 oras *Lachmannus Lucretii p.* 167, *recte?* 13 sparsis *L* 16 ne *L* 19 *spurium puto. Scribe* reperta est —: scire ubi sit, reperire vocas? quod *sqq.* 22 non] digna *pauci* 28 non] nec *pauci mss.* 36 pueniceum *M* 39 orphe *A* 41 furuis ς siluis *A* sub antris L_ς sub atris *M* 43 profanum *L* 46 ab *m* (*om. M*), *pauci* in L_ς 50 infandus bubo *Servius Aen. IV* 462 58 r.] pennis *M* (*cf.* 560) 71 e] ubi *L* 76 alphei M_ς elei L_ς 91 gratas *Hellmuth* 97 nescio quid *M* 98 ripae *L* fontis *M* 608 elim *M*, erin *L* 15 ille *A* 19 dictynna *pauci* ς *ex coniectura, ignorantes* Dianam *esse prima syllaba ancipiti* 21 sparsis *L* 25 io Ar. vocavit io Ar. *L* 34 locus *A* 41 gr.] orta *M* mihi *L* mię, *sed corr. m. pr. M* mee *m* 46 triptolomo *L* (*sic* 653) 62 *sic M* dictos *L sic vel* dictis ς 65 sic A_ς iacerent (*M ante corr.?*) ς 69 ridentemq: athides, *sed add. m. sec.* enipedes i. e. filie enipe *M* athipedes *L. similia* ς. Emathides *et* Euippides (*cf. v.* 303. 313) *antiquitus simul extitisse puto.* 69 minancia *L* 70 conatae *sic Lm* m. et *L* 75 plangere d. u. *L* 76 nemoris *L.*

VI.

11 *sic M* 12 *sic* ς hipelis *M* 27 quos *scripsi* quoque *A* baculum quod *Merkel* 28. 43. 149 tunc *L* 52 iam *L* tunc *M* 53 consistunt ς constituunt *A* 55 iuncta *Seneca epp.* 90, 20, *recte?* 57 *sq.* feriunt *m in ras., L* pauent *eras. in cod. Britannico* (*et in M?*) quod lato paviunt *Seneca* quatiunt ς 59 festinant *sed corr. M* -at *L* cincta-veste *Bentleius* 60 mouet *M* -ent *Lm* minuente *L* 77 ferum *Lm* fretum *M?* 81 prodere *L* 82 operi *Heinsius* 87 Haemon *Heinsius* 96 Laum. *L* 98 cyniram *M* 107 recludere *A* 11 impleret *A* necteida *M* 13 danen *L* 14 aunesinē *M* 16 enipheus *A* 17 *sic* ς aolidas *M* bis alipida *A* 19 S. e. te s. equum cr. c. *L* 28 intermixtos *L* 30 rava *Bentl.* 36 *ante* 35 *M* 42 est *om. L* 45 arachnea *L* 65 creberrima M_ς, *recte?* celeberrima *Lm* (*ex I* 747?) 74 athlas *A* 84 causam *L* laudem *M* 85 audite *M* 94 dubitat *L* 95 posset *L* 200 *post* 203 A_ς, *post* 199 *mss. pauci.* turba≡ M_ς turbe *L* qua *Bentleius.* 201 ite satis (*ex* satus *M*) propere sacris *A, corr. Withofius* propere ite *Iahnius* sacri est *Hauptius* aurumque *M* 2 *sic A* 12 decidat *A* recidat ς 23 auro grauidis m. habenis *A* 27 fixus *M ex corr.*, ς 31 imbris *Heinsius* 34 frena dabat tamen hunc non *L* dantem *Erf.*, tandem *M* 36 nudum A_ς crudum *Pollius.* 37 per colla ς, *recte?* 41 iuuenile *Lm* 49 Euolat *A* 52 est *om. L* 59 iaculatus *A* 73 haec *om. L. Aut* 81 *aut* 82 *tollendus est, licet ambo Ovidiani esse possint.* 89 rogos *L* 93 toto est *M* 94 non pressit $L(\varsigma)$ compressit M_ς sibi *pauci* exit L_ς ibat M_ς. *Hic versus satis ineptus leoninos versus III* 251 sq. (*si exit legimus*) *in mentem revocat* 302 natas natosque *L* 3 diriguit *L* 11 ubi *L* 16 propriore

Digitized by Google

matre *b ex* nate 26 *sic* 29 redimit(?), *corr. b* 31 loquutum 33 a corpore bar≡as 40 fluctus *n*] uenti 45 premebã≡ 46 concurre 49 manet 55 n. e. *i. r. b* | m. nunc gl. 58 a corpore 62 *sic* 71 comitum 72 hedere 74 reduxi 75 credis 79 m.] suis *i. r. n*(?) 80 deuic*it* 91 praediuiti 93 subit *b ex* fugit 95 resident 97 abidit, *corr. b* **104** ≡ebeni 7 habentẽ *i. r. b* 12 calidonia, *corr. b* 15-18 *add. i. mg. b* 19 nessumq; par(a *ex* e)ntem 21 una 23 si≡ | rev. mov. *sic* | orbes *i. r. b* | 29 quod | eulsum 36 ochalia 39 e *i. r. b* | 43 mox inde 45 ad(*er.*)ueni(at *i. r. n*) 48 ac *ex* an 49 qu(o *b ex* i)d | memorem 50 pos(c *b ex* s)it 51 iugul*anda* 52 abit *sic* 57 ille 62 abi^{t}t | *sic* 65 *sic* 67 ill(a *b ex* e) | relatu≡ 68 aut t. reuelli≡ 71 strid(e *b ex* i)t | que *add. b* 74 caeca(s *er.*) 78 et osti 79 *sic* | duris 81 mors] hoc 83 busirim in 87 stifalides 88 relatum, *corr. b* 90 con] cũ *i. r. b* 94 tracis 97 nemea **203** possunt 4 altam *sic* 7 gemitu(s *b ex* m) trementem 8 *inter versus b* | infringere 10 patrio 11 licham 14 tremẽt 15 excusanda, *corr. b* 21 mole 26 alt(e *ex* o) 29 a≡t 33 poeante 35 nemeo 36 claue *b* (flam . . . a *eras.*) 38 uoltu≡ | conuia sederes 43 uoluntas 47 datis 48 ne 49 fida *i. r.* | oe(t *b ex* a)eas sp. 51 si (nisi *n*) uulcanum matris de p. 53 nulla | flamma 57 nollet 67 *sic* 71 omips 73 stheleneius i≡ras 79 hilus *b ex* hillillus 80 cum 86 deci(mũ *i. r. b*) 88 possis 89 laborem 90 qn 91 adit 94 nixus (i *et* u *i. r. b*)q; pares 98 a] est 99 g. et d. **302** *i. mg. add. n* 3 moritura 4 v. loquor *i. r. n* 6 galenthis 11 genibus(q; *er.*) | con(e *b ex* i)xa 12 domno, *em. m.* 2 17 leuare 24 admonitu≡ 25 loquentem 26 a *om.* | ũro 27 quid si≡ 31 ethalidum 41 aquatica 42 driope(s *b*) 46 agrestis(es *n*) 47 lotos (hos *b*) 48 subllato, *corr. b* 50 iret. et (*ex* ad)oratis 56 amphisos 57 sensit 59 facti 65. 77 *add. in mg. m.* 3 67 habebat 69 et dum] q adhuc 79 hoc *ex* hic 80 cerpat 81 deorum 87 possunt *sic* 95 eurytidas 97 tritiam 99 hora **404** quini ioue 5 ≡flent atq; 11 fatale *i. r.* 13 pet(e *b ex* a)t | hos *om.* 14 a 15 neu genitorq; n. s. e. parentis i. 16 uota 18 presscia 23 iason. a≡ceres 25 an(chi *b i. r.*)isę 31 redi^{t} 32 nec | non 36. 40 rhadamantus(-ton) 43 deionide 50 ubi (tibi *n*) 52 ciane≡ (*er.* e) praestant*i* corpor(e *b ex* a) 56 qua(m *er.*) | ama(bat *b*) 60 mendaci(s *er.*) 67 mau(u *b ex* o)lt 68 dim. *corr. n* 69 audax, *corr. b* 75 r. s.] rapta(m *i. r. b*) 82-85 *add. in mg. b.* proh 85 quis 88-89 *add. int. vers. b* 89 q. b. tu poteras nostro g. 91 tu(m *er.*) 93 at *er.* ei *m* 2 | q. t.] tecum 95 quid *b ex* quod 98 opem | dixit 99 tethin **510** qu(a *b ex* o) 11 mei 19 viderit] sedit et 20 l. aut qu(ẽ *b ex* i) 27 pudor(i *b*) 31 p. ad te credere n. 37 causam | mota *r nota* | petenti 39 possunt(?) 40 (a *add. n*)nidum 41 *add. inter versus b* 52 fas sit ut i. | seru(e *b ex* a)nt 53 rebus (annis *i. mg. b*) 61 amorem 67 linguę 69 fer has 73 nanctus | latentia 78 quod si 79 tecum 84 secto *r icto* 91 toto 93 scopulis 94 recursum 96 tunc 98 uoluptas 99 ips(e *b ex* a) **604** quam nrę cera tab. 8 durum 11 apte non adiit 14. 22 (*post* 23). 26 *add. inter versus b* 19 ceptũ *i. r. n* 21 meorum *i. r. b* (*eras.* uidebor) 22 noluisse 25 o set *et* credar *i. r. b* 29 uoto | p. est 30. 47 *add. in mg. m. pr.* 35 cum tota byblida 36 f. tenero de p. 39 ne qua *i. r. b* 42 izm. 46 grachon et limẽren | undam 47 iugum *r o* 52 lele(g *er.*)eides 53 medantur, *corr. n* amori(s *er.*) 54 surdae — virides *add. int. vers. b et n* 57 naydes | possent, n *er.* 61 utque sub aduentum 63 phebeida 70 *sic* 72 uit *i. r. n* 80 uolstus 81 mandauit 82 telathusa 83 in a.] inhertem 84 suo | queq; 85 du≡xerat 86 spatio *i. mg. m. pr.* 87 sacrorum 98 dubita (= *L*$_5$), *recte?* **702** que *om.* 5 patri 10 nec *sic* 11 indecepta 12 hic facies 15 iphe, *corr. b* 16 phestiades 18 p. a. formaq; 22 expectant

Digitized by Google

23 quem | *sic* 24 quo *in lacuna n* | desperet 29 *sic* | et (parcere *i. r. b*) uellent 35 crete *i. r. n* 36 fer(at *i. r. n*) 44 mutauit 47 ipsa(*m b* ipsa *recte?*) 48 debet 49 que(q; *er.*) pascit amantem 53 potienda | fallas (fiant *b*) 55 una 57 uult(q; *er.*) ips(e *b ex* a) 58. 63 *inter versus b* 60 fleuit, *corr. n* 63 nubit *n ex* ducat *eraso* 68 causator 69 effecti, *corr. b* 73 isis areth.|n(*ex* m)areoth.|faron 77 comitesq; facesq; *corr. n* 79 he≡c|ecce] hocq; *i. r. b* 80 c. monitusque tui. m. 84 que] re 96 socius 97 yphis yanthe 71 capiti.

X.

4 a(b *i. r.*) fuit 9 nō^{ua} *b* | turbam 14 functa-inamenaque *add. int. vers. b* 18 recidimus | creatur 20 hic, *corr. b* 21 nec *ex* uel 27 auguror 29 ego per (hęc *er.*) loca 32 *sic* debentur | pau(lu *er.*)lum 34 est hęc 42 stupuit *sic* 43 cerpsere 48 erudicen 50 heros] orpheus 55 ab (*ex* af)fuerant 56 *in mg. b* 58 captans (? *nil notavi*) 65 portare 69 olenus | figur(a *ex* e?) 70 tu(a *n*) 73 arguerat 83 populo 84 te≡ros 89. 90 *inter versus b* | cahonis affuit 91 *eli*adum 93 nec] et 97 buxum tenuis 98 *ficus n ex* pinus(?) **102** arbatus 9 carchea 11 *inter versus b* 13 *gemmata* 15 uincta | moueba≡tur | parili(-es *b*)que etate 16 e g. a. 19 licet, *corr. b* 23 tendebas 24 in *b* 26 *sic* 33 et (*n*) ut (*b*) *i. r.* 44 turba≡ 45 cordas 46 sonaret, *corr. n* 50 gigantes 51 pleg^{r}eis | carmina 58 por*te*| terrę 60 arripit 69 europam 73 longa≡ 75 *sic* 76 leuant 80 recidit 82 *actis* 84 subiecit inaere t. 90 rigidoue, *corr. b* | *sic* 91 herentia 92 dimittant | grauatum *i. r. b* 93 sustentant **200** lu(s *b ex* i)isse 2 a. u. (pro te *b i. r.*) tecum(q; *er.*) vitam(q; *b*) l. 3 quod *sic* 10 hom≡(humi *b*) 15 et e≡e 16 dicta (ducta est *b*) 20 amathita 21 proped(e *er.*)ides | an(*ex* ab)nuit 22 gemino(s *er.*) 25 in lugubri^{s} sceleris 27 lact(e *ex* a)ntes 29 ophiusta 31 quid, *corr.* 33 *sic* 43 a.] uersas *i. r. n* | crimina gentis 48 qu(a *b i. r.*) 52 *a*urit 62 l. que et p. 64 g. longoque 67 sidonia, *corr. b* 71 blandis 77 ipsa *ex*-e 84 subsedit 85 tractaque (a *add. n*) p. 87 et medio g. f. q. uidetur 91 *sic* 95 coniugium, *corr. b* 97 quo(?) 98 hac **301** at 2 ne c. 5 ismauriis 8 suda^{ta} 9 panchaica 10 non *add. m.*3 11 ipsa-sibi, *corr. b* 16 *sic* 23 sed-pietas *add. inter versus n* 25 delicto 27 iniit 33 *sic* (et-crescit *b*) 37 est *b* 38 cinere *bis* 39 tam(?) 43 spectam 45 ultra spectare (haũ *add. n*) 46 et quod 48 gnati | que *add. n* 49 *in mg. b* | metuis sacro 54 *sic* 55 *Emoris* et *o* 59 primoq; patris in 63 q. q.] q; quid optet *i. r. b* 77 aut] et 83 fert//// 84 *parantẽ*//// 86 scidit 87 uaçauit (et *b*) 90 tarde *eras.*: timet *b* 93 roganti 96 mea non est 97 quę 99 placabimus iram (= *L*), *recte?* **401** et *om.* | est(a *er.*) 3 nu(m *ex* nc) 6 tollet (-it *n*) 8 sed ęt i(n hoc *i. r. b*) mea 23 gelidos *ex* -us 29 *sic* 30 numini(e *b*) 34 *sic* 43 sentit, 44 merent 47 tem. pl. 50 primos *ex* -us 60 prop(i *i. r. b*)or | ausi≡ 67 dixit *i. r. b* 68. 82. 92 *in mg. b* (68 *sic*) 69 aced//// (*hăcedit b*) 78 reliquit 486. 501 *inter versus add. b* 93 s. init s. 95 constrinxerat **500** guttae *i. r. b* 1 et *sic* | corpore mirra 2 *sic* 9 hum(et *b ex* -i) 10 dolentis 12 fisso *ex* -a 16 nudo(*ex* a)rum | amo*rum* 18 illi 28 specie≡ | que *add. b* 31 ue] *er.* q; *i. r.* | amat≡unta 36 inde uenus (t usque genu≡ *n*) 43 posset 48 qu*i ex* que 50 in] et 57 et gr.] et *om.* 58 reclinans 59 labris (uerbis *n*) 69. 80 *sic* 84 inuidiam 89 decor≡s (*corr. n*) 90 ille 91 oblata, *corr. n* 96 simili(em *b*)dat (et *b*) i. umbrā **601** ceneia 11 hunc (iuuenem *i. r. n*) male dixit ini. 23 sui | iam *i. r. n* | peremptas (-is *b*) 24 uiderat 28 ferenda 30 a≡t 31. 32 ah 33 qm̃, *corr.* 37 quid facit ignoran(s *i. r.*) | amores 40. 717 cithereia 44 dama≡senum 48 coma 53 libet ar. 60 (ga *i. r. n*)udiat | choęneia 70 reliquit 71 remota, *corr. n* 75 iuueni-

Digitized by Google

liter 81 ne cui *ex* nec ut 85 ipsam 91 l(i *b ex* u)minis 93 m.] uota 96 (et *b*) territa(q; *er.*) 97 stigias | mergere in undas 98 v. l. 99 uolant, *corr. b* **707** que | praebent 10 su*em ex* sui 22 d*is*siluit 24 at] et 26 me(i *i. r. b*) | rediuiuaq; 9 m̃tas 30 eros 33 fuluo 36 que *i. r.* 39 om̃a.

XI.

2 thr*e*cius 8 uocali-ore, *corr.* 14 erinis 16 inflato *ex* infracto 17 bacchei *sic* 20 numc 22 *sic* 26 Ut 28 f(*ex* r)actos 29 d(i *i. r.*)reptos 36 l. lig. *i. r. b* 37 *post* 35 insertus *b* 39 que *add. b* | atq.] et in 45 s. tua c. 46 p. t.] dimissis | arbos (= *L*) *recte?* 47 comas 48 obstrusa (obscura *b*) 50 ebre 55 mathimnaei 56 expositum *m. pr.* 57 obstitit et sparso stillant*i*. *Post* 57 lambit et ymniferos iniat diuellere uultus *m. pr.* 66 tutus 69 m(atres *i. r. b*) 72 acumine 76 quecũq; *i. r. b* 79 sunt, *corr.* | unguis 82 *add. inter versus b* 83 longos quoque br. 84 fallere 86 *ante* 85 p*e*neta 93 eumulpo 95 aduentu≡ **113** d*e*ptum 20 *in mg. b* 21 ille *ex* -a | cerialia 24 p////ebant (nit *i. r.*) 33 sp*ati*oso 35 factiq; fide≡ 36 manea(s *b ex* t) 38 nitens] ripę *i. r. b* 41 simul *in mg. b* 42 uix 47 a≡ni (antris *b*) 49 stolidę 50 perspiciens 56 indice 63 delinit | resolvit 64 est *add. n* 65 *in mg. b* 67 *sic* 81 *thi*aris 82 longos(q; *er.*) 94 (t *i. r. b*) molo 96 laoṭumedont*i*s 98 panopeo **200** laumedonta 3 phrigie 4 edificat | pacti≡ 8 ad curuę 9 compleuit 17 hisione 18 neq; enĩ m. | superb(it *i. r. b*) 19 nepotẽ 20 ////uni 22 annis (armis *b*) 25 *haud* 31 indictum, *corr. b* 33 ≡a*quis* (*t ĩt*) | operta (-um *b*) 34 *ed*(*i. r.*)ita 36 *int. vers. b* amb. est 38 uicta *sic* 48 odorat, *corr. m. pr.* 49 carphathius 51 tu≡ | gelido: g l *i. r.* | quiescit 54 q 59 ponto *in mg. n:* saxo *m. pr.* 62 tendit 65 ingentem | achille≡ 269. 282. 351 thracin. 276. 298. 312. 314. 316. 333 *add. int. vers. n* 268 tecta (*mg.* prima) 79 qui*s* 85 monimenta 87 vocato *i. r. n* 90 peleus≡ com. 93 i. t.] tantũ 94 *sic* 97 *sic* **302** n(u *ex* o)bilis 5 c(a *ex* o)lorem 14 assueuit 17 philamon 18 pl(a *i. r. b*)cuisse 19 *sic* 20 gloria *ante* an 28 q. miser (o pie tas *i. r. b*) ego t. patriumq; d. 32 imp. illi *i. r. n* 35 scrabonum 44 et *b ex* ut | nulli(s *er.*) satis aequus 48 ius auctor *i. r. n* 51 trepid(at *n ex* i) | heros *n* oris *m. pr.?* 58 nant≡alii 59 mari(s *er.*) 61 templi *b* ponti *m. pr.* 62 sicca*t* 63 iucta≡ 65 grauis strepitus l. 66 (sil *i. r.*)uis | palu(stri *b ex* di)bus 67 crasso *i. r. n ex* sparso 68 fulmineus 77 et (ad *b*) 80 orbe, *corr. b* 81 su(i *i. r. b*) 83 ≡etheus 87 mittat ut aux. 89 i.] inquit 90 n̄ri, *corr.* 93 arce locus (focus *n*) s. **400** eacidis 1 in agris(?): *ab* acri *b* 4 pariterq; 8 illuc 10 fratris 12 consulit 13 clarum 14 flagiis 22 uertit ubi est *b* (E///// *eras.*) 23 *add. m.* 3 *in mg.* 35 fr. est 36 feri*s* 37. 38 *ut* 276 48 solacia 52 remittant 56 armariq; 57 qu*a* | uis*a* 58 abortas 61 at 64 re(curva *i. r. b*) 73 alciones 76 q; *add. m.* 3 77 diducit 78 *emin*us 82 dimittite 83 antennis (*sic plerumque*) 84 h*ec* 92 qui*s* 93 uelitue 94 ma*li*(s *er.*) | tanto 96 undarum 99 uertit **507** latus *i. r. b* rat(is?) *m. pr.* 9 balista 12 co(*ex* ad)miserat | cohortis 16-19 *in mg. m. pr.* 22 minantia 27 assiliit 29 cels*i m. pr.* noveni *m.* 3 534. 632. 705. 791 *ut* 276. haut segnius 536 *in mg.* 38 ueniunt 43 quodcumque 51 *in mg.* 55 uerterit 58 aere 62 sed *i. r. b* | 'ore ẽ' *b* ora *m. pr.* 71 nocte *i. r. b* 83 pro functo 90 arcato 92 ci≡ merios (chy *b*) **608** nec (uers *i. r. b*)o stridorem | reddit (-at *b*) 9 tota (est *n*) 10 at] et *ex* in | hebeno 16. 19 q; *add. n* 26 aequant 27 herculea(m *i. r.*) thracen(q; *i. r. b*) 30 soporis 31 sentit 34 q; *add. n* 35 morthea | ill*o* | iussos *b ex* quisquam 37 queq; *i. r. b* 40 ycecon | ph*o*bet*e*ra 42 panthasus 45 solet 52 p*i*nnis 56 gr.] uiri 59 nece *i. r. n* 61 ded- *ex* tulerunt 69 a]e 73 manu 74 et lacrimas 87 ac disc. |

Digitized by Google

tenenti 88 manifesto(-ta *b*) 95 fug-uite (iens *i. r. b*) 97 d. tecum f. 98 debite//// *i. r. m.*3 **700** perii *i. r. b* | sine me te | isto 5 saltim (-em *n*) 9 *sic* 13 di(c *notata oculis* *ex* x)it 14 not≡ta locis 17 pa. a.] maris appulit *i. r. b* 19 qu̇ f. 20 tamq; *corr. n* 23 i. i.] suȧ iamque 26 uestes 29 undas 36 et *add. m.*2 38 rigida 40 tolle(ret et *b i. r.*) uisus 43 solutum est 47 tum via tuta m. v. *i. r. b* 49 cir(cum *b*) 55 Ilus] huius 57 laumedonve 59 *sens. ex* cessisset 61 *ante* 760. corpore q. | enixa 63 alyxyrhoe gracili conata 64 aulea 69 ep*h*erien p. crebrenida 72 longeque 74 anget 79 neq; 80 duo *i. r. b* 83 et a 84 *sic i. r. b* | thetis 89 superis (*corr. n*) adsum(pserat *b i. r.*) 91 aesacon 92 que *add. n* 95 tenet] manet.

XII.

4 tristi(s *er.*) 7 que *n* 9 et boetia t. 12 et (ut *n*) 17 auid(a *ex* -us)q; recondidit (alvo *i. r. b*) 18 obst(u *ex* i)puere 21 annos 23 seruat 26 urbis 27 nec(q; *b*) 30 re≡ (res *b*) 31 iphigina *m.*1 33 sacri(s *er.*) 43 locum | *i. mg.* fecit 46 exe≡re 50 und*is* 57 alii≡ 61 recens 68 pro te sile 69 fortes | neq; 70 friges *i. r. b* | posset *ex* -it 71 signata 73 currus stabat achillis 78 exortatu(r *ex* s) 85 *add. inter versus n* 87 miraris vulnus 91 ob *ex* ab | huius] omne, *recte?* 92 indistrictus 94 temperet (-at *n*) 98 excipit **103** terribili(s *er.*) | irr. c. *i. r. b* 4 pheniceas 8 ualuit *sic* | primum 9 suemq; *i. r. n* 10 Solus ẹchineas 16 menetem 18 pectore 20 hoc qua 21 idem 22 fatur *sic* 24 repulsa 27 *sic* 28 fremibundus 29 disilit 31 at] et 32 cl.] gladio *i. r. b* | reducto(du *eras.* reverso *n*): *num recte?* [reiecto *L*] 34 cedente 38 *sic* 39 adfixit *ex* adflexit 42 concludunt, *corr.* 48 dum *ex* num 54 sua*m* 58 multifidi 60 pugnas | suas 65 uisum *est* 66 iuuenis 67 ferebat 69 tum 72. 73 perẹubum 75 (moue *i. r. b*)ntur 76 rogant 82 (long *i. r.*)a senectus 84 nec | ulla 85 domus 86 ac *ex* at 89 eleteia 91 achilles 92 m. que fuit spes invidiosa p. 95 illos, *corr. b* **202** p. *iam* p. nichil 7 fieret 9 penelea 15 hymeon 16 matrumq; nurumq; 20 tam-quam 25 ut *ex* aut 28 qui (quod *n*) 30 *sq. add. int. vers. n* | heros *sic* 36 uastum quem (. . . g . . s *eras.*) 39 -dam r. harenam 44 nunc *n ex* num 47 iam pedibus 50 celadantis 51 cognoscendo | relinquid 55 p.] bidaten 56 mixt(i *er.*)os spumantẽ≡ 62 br. orion orionis 64 reluctantis, *recte?* 65 teli 66 *sq.*, 298, 332 *inter versus b* (*n?*) 68 in *om.* | u̇oltu (*v ramo n*) 72 primu////(ici *i. r. b*)um 73 perstringit 74 correcti 77 forcipe | lacu*b;* 84 comenten 85 retheus (*sic saepius*) 88 gravi(s *er.*) 90 drimanta 96 saevidria 99 sude figis ob *i. r.* (*b?*) *n?* **302** licidas 6 thọlus | menelaus | a≡bas 7 discusserat 8 astilos 10 aruos 12 aduersum tu≡ 13 cornee 19 obscenę *i. r. b*, *corr. n* 21 inser≡it | amento *post* dixit 22 locutus *b ex* moratus 27 (eue *i. r. b*)llere 29 *pulsat* 30 iam missa *petrei* (*b*) 32 *sic* (*cf.* 266) 33 chromī(s *er.*) 34 dectis | minorem *et* dederunt *mutata* 37 ancipiti(s *er.*) 41 uictor | e] in *i. r. b* 43 cubiti *ex* o 45 *sic* 50 lichepen 51 ammissa 52 rip*h*ea 53 *sic* 56 *dumo* 61 grantoris 62 ascidit iaculo 67 ad *b ex* at | grantor 68 demolenta, *corr. n* 69 c.] magnis cum (mentis *n*) 70 perrumpit 76 que] et 78 phlagraeon≡ et thilen 79 lephinoum | clamin 82 dura 86 passuram, *corr. n* 95 aur≡q; *corr. b* 99 qua (parte *in lacuna b*) v. c. neq; | illo *est* **401** erat 5. 23 (h)illonome *mp* 6 semiferas, *corr.* 9 lenis 11 Ilicet | candentia 20 qua | collo≡ 22 refrixit 26 auras, *corr. b* 27 arguit *ire meas* 30 con≡ex≡is 31 *pheo*comạs 32 cortice *i. r. b* 33 Pho≡lo loniden 36 nonius | telaba *basq;* 44 pyreti *d* 45 amphica | echeli 46 auerso cornu≡ 47-49 *add. i. mg. n* | peletroIm 48 et *er.* 49 nessei(s *er.*) | conuecta 51 amphiceden 52 accubuit 55 pyram 57 emathiis 60 ui≡s 61. 74 sarisa 62 que *add. b* 65 *f*emina 67 commo(n *er.*)uit 69

Digitized by Google

qd s. n. 70 *Iam* 72 extinctum 74 pillei 76 feri*at* 77 duri≷ 82 in] ut *i. r. b* 83 collo 86 temptamus, *corr.*1 87 caecam 88 manu*m* 89 rapidi 90 *alterum* que *om.* 92 alatheius 94 mon(y *i. r. n*)chus 95 uix 97 quid f. **505** insanis|defect (a *i. r.*)m, *corr.* | *austri* 8 pelion *sic* 9 tumulo 10 *sic* 13 super aera 16 mo(n *er.*)tibus 19 amphicides 21 tunc *ex* -m | nunc *b ex* tum | supremum *i. r. m. pr. esse testatur Miola* 26 avis nunc 32 (s *er.*)triptolemus 33 *tacito* 36 ipse *i. r. b* 38 annis *i. r. b* | restringere 40 di] q̄q̄ *i. r.* 42 deiphebum | pollidamanta 45 *sic* 49 *add. inter versus n* 59 hunc≷imum 61 lateri(s *er.*) 68 Nc̄ |tui(s *er.*) 69 (crod *i. r. b*)ię rector| *gentis* (classis *n*) 74 toro 76 ph. *sic;* cigneida *b* 80 cinthia 83 iamiam *m. pr.*] iacas≷ *b* 84 turos 90 senti*at* 91 necopin(*ex* m)um 92 patrui 96 tela parim **601** dimittit 3 achilles 6 thermodoontiaca 9 cremabat 11 paru*am* 13 respondit, *corr. b* | hęc 14 par(s *er.*) tibi pelide(s *er.*) 15 posses 17 titides|oyleus 20 lerteeq; fuit *i. r. n* |tanti////, *corr. b* 21 'onus i. r.' *et* 22 'mediis consi*stere* c.' *commutata.*

XIII.

8 aç 12 quantum acie 18 si≷ 19 (cer *i. r. b*)taminis 20 quod 24 pagaseia 28 a 29 causa(m *er.*) 33 furto 34 inseris 35 illi*s* 36 detractavit 38 Et 39 ////ad a. 40 n̄c | qui≷ | illa (ulla *b*) 43 *aut* cr. 45 poeātia 48 lertia////dampna pr. 49 *in mg. m. pr.* '*dent*' 54 dedita 55 comitatur 56 vellet 57. 82 *add. inter versus n* 58 que≷m 64 nestor(e *b ex* a) 65 ulixen 67 n. h.] hec *nec* 74 metuentem 76 hic (*sic*) 77 ad *b ex* in 78 hostes *ex* -em 87 unu(s *i. r. b*) 88 nouistis 92 tunc *n ex* nunc 95 uerba | queritis, *corr.* 96 q. m. m. *i. r. b* 98 *all.* itachus 99 capta **100** *in* (*b*) luce nichil //// est d. r. (*corr. n*) 2 sit *n* 24 d. sic la. 30 potiremur achilles 32 tersit 33 succedit 35 ut 38 *add. in mg. m. pr.* 40 nos (non *b*) 41 retulit 44 namq; michi|acrisius 45 quisquam *om.* 54 *heres* 55 e. p.] pyrrus quoq; 56 ph.] etiam, *er.*|Sc.] siriu≷, *er.* 57 istic 58 non *ex* num *m. pr.*|nec si petat *b i. r.*| i.] arma 63 *sic* 67 cui (*recte?*) 73 me] michi 74 m(e *ex* i)| chrisen phi̇tiamq; et ap. 75 cyrum|mea et c. 77 poss(e *b ex* i)t 89 nunc *ex* hanc | faxoq; *corr. b* 91 Nunc 92 pensa (-et *n*) 95 -nunc *ex* -num 99 *sq. sic* **201** moneo 3 nephanda(s *b*) 11 *add. inter versus m.*2 20 cur non *remor*atur ituros 21 cur-it.] det-seq. *i. r. b* 26 dimittite 31 num≷iscere 32 a. (ut erat *b i. r.*) ausus r. 33 proteruus 35 reposco 43 sic|q; *n* 44 e. q.] etiam nunc (eadem *n* que *b*) 47 quid 51 uobis 55 pilii 57 ce≷ra≷non | aletora char honiumq; 58 alium | pritam̄ 59 pheridamante | thoanta 61 nr̄ę (-a *n*) 64 d*i*duxit 71 sed 72 aut al. 73 *sub* 74 assiriis, *corr. b* 276-342 *hic om., sed post v.* 138 *in textu* (*b?*) 76 meiq; ducisq; 93 plyadas 94 diuersasque urbes 99 uocas **302** illi | nobis 12 pretioq; 13 peantiden 17 lenire 19 et *ex* in | facit 22 morbis, *om.* i que 32 utq; tui m sic fiat t. c. n. (t. t. agg. mecumq; redı.cere nitar *i. mg. m.*2) 37 comparat, *recte?* 38 illo 44 raptamue 55 hoc p. alter m. a. 59 manu(s *er.*) | tibi *sic* | secund(e *ex* i) 71 cur(is *i. r. b*) 72 libor *corr. b* 73 *f*aciendo 78 *pute*(*ex* -a)tis 81 possit (-et *b*) 83 h. aiax q. 84 sustulit 85 *sic* 86 poscet 91 ferro//// 98 hy≷ sipiles|*post* 398: transierat. tandem uoto portuq; potitus *inter versus b* **402** impositaq; fero est 5 urbes *b ex* auras *eraso* 6 pontus q. cl. elles 9 tractisq; | antistia 14 astianas 15 *tu*entem 22 excube 23 presantem, *corr. b* 31 pater *ex* caput 35 sui *i. r. b* 41 late *ex* iacte 43 iniusto petit 55 Utq; 57 aut tu 59 uellem 62 m(i *ex* o)nuit 63 ver.-est *i. r. b* | cremanda 65 ite *sic*|tactu(s *er.*)q; 66 uirgineo(n *er.*) | manus 70 ineptum 71 ius *i. r. n* | sepulchri//// 78 uiolare, *corr.* 81 quid-cruoris 82 o *b* 86 ediderat 89 alterum lacrimas *supr. vers. n*| uŏlnere 92 et *b* 93 ultima matris 94 meum tua v. pectus 95 *sic* **504** eacide≷ | fui≷ 8 ≷natis 9 tumul(is *b i. r.*) | deorum 10 penelopes *sic* 17 qd *ex* qu≷ | quo] ≷uti 22 donabere

Digitized by Google

24 est hęc 34 dixit et inf. 38 uocem 39 deuocat, *corr.* 2 41 i. tollit toruos ad sydera u. 43 ira(m *er.*) 45 in *n* 46 lact(e *ex* a)nte 47 na≡cta 48. 55 hęcube 61 expilat | nocentem 62 manus (oculos *i. r. b*) fedataq; sonti [sanguine *supr. lin. n*] 63 est loca *i. r. b* 66 missu(m *add. b*) | s.] iactum 67 in (ad *b*) 71 *i.mg.b* 73 Et homines (sic omnes *b*) 74 negauerat 89 sacrific(o *ex* i)s 91 conubia **600** uoluumin-(a *b ex* e) 3 *inter versus m.*2 4 dens-(a *i. r. n*)tur | colorem 5 animum 6 prima v. 7 pinnis 10 plangor | *succe*dunt 13 *lassant ex* iactant 18 ali *i. r.* 2 | -rā uoce r. 19 est *om.* 22 Nec 23 a. p. *i. r. b* 27 antrando 32 *sic* 37 positis 38 ceralia 39 tum 45 quem *b ex* -am 46 enim *est* m. 48 parte| et *n* | tenenem *ex* -ni 52 bacam 59 euo≡a 62 *sic* 63 dedit, *corr. b* 65 quem *sic* 67 etiă nunc *i. r. n* 77 antiqua cognataq; męnia i. 78 litore *ex* -a 80 cratera Ae. quem (*recte?*)|miserat *m. pr. ex* transt | illi *b ex* -e 81 iouiis, *corr. b* | Ism. — Therses *add. inter versus m.*2 82 hunc 83 Nileus 85 ferat | docebat 90 lăbunt (lăb *i. r.*) 91 n. ab o. 92 d. pectus 93 fortia *i. r. m.*2. | uulnera telo 95 celebri(s *er.*) 97 intereat | coron(os *ex* -a) 99 auro *i. r.* **702** custodes, *em. b* 3 *add. inter versus m.*3 | dantq; p. g. a. clarumq; c. 5 certam (ten. *i. r. b*) 6 iobes, *em. b* | receptus, *em. b* 7 portibus 12 rite, *corr.* | *post* 713 *v.*703, *erasus.* 14 attiaco 17 impia *sic* |incendia 19 eu///os, *corr. b*|q; uatibith. *i. r. b* 23 trib; *m.*3 | ex *b* | aequore pennis 24 pachinus 25 impositum | ad *b* 28 zamclea≡ 32 ora ferens *ex* ore careus 33 uana 37 Quam 38 re(pet *ex* fer)ens 47 sũ tibi *b ex* sic sum 48 *gr*atheide 49 sumethide 52 actus 53 signa*bat*|*sic* 54 null(o *ex* a) 56 *sic m.*1 59 nullo est 61 sensit | v.] utriq; (uostriq; *b*) 65 licet 66 aquam 69 *sq.* telephus | siculum|in equor *i. r.* 2 70 *inter versus n* (*b?*) | eridines 74 uerba 75 gradus, *em. n* 77 pontum *ex* longum 79 hunc| refertur, *em. b* 82 anten≡nis 87 *sic* 88 f≡*olio* 90 ≡*edo* 93 palma] pomis *m. pr.* **802** tribolis 803. 827. 848 *int. vers. m.*2 4 tibi] '*si*≡' *i. r.* 13 as 19 arbor(?) 22 possem 23 pauperies n., *corr. b* 25 circu*meant* 32 par*q;* c. domitusq; 39 liquidõq; in margine 41 aspicies quantum, *corr. n* 42 quem uos 43 com^{a} 45 que (quod *n*). *Post* 46: turpe pecus mutilum nemus est absq; arbore turpe. (*alia add. in mg. m.*3) 50 sed *b ex* nam 51 magno≡ 56 quiue 57 ueneror 60 *sic* 64 diuisa 65 sic] si 66 acrior 67 translatam *ex* -um 76 ętnę 79 *sic* 83 ex i.] e saxo *i. r. b* 85 auitas 86 more|man.-rubor *inter versus b* 89 tacta 91 saxi(s *er.*) 94 ore (est *b*) 95 q fit quo(q; *i. r. n*) erat **901** seducto//// nata 3 fretum scin*dens* 4 *m.* An. *v.* 10 longa sub arboribus | ad *b ex* in 11 loco *b i. r.* 13 te*gentem* 17 equore 20 deditus| '*iam* tum' 22 moderebar 27 semine (*t* sedula *m.*3) 36 terrę in ęquore niti (*ex* mitti) 37 m(o *ex* i)ror m. 44 tum 53 *post* 954. lapsus | amnis 55 *om.* (*add. post* 958 *n*) 56 haec] et| sentit 57 red*dunt* | totum, *corr.* 59 tunc 60 ue*rro* 65 reliquit.

XIV.

1 etnă 3 b(o *ex* u)bus 5 *ante* 4. regii 6 nauifragum 10 uanarum 13 is amore *i. r. b* 14 *inter versus m.*2 15 qua in m. | cognitior 17 mesania 20 aliquod regum | car*mine* 21 *ante* 20. '*hoc* pugnatior' 24 E(hoc m *i. r. n*)nil 25 altius 32 nec *ex* neu | adsit 34 gramine | carmine poss(i *ex* u)m 40 quatinus 44 ≡amina (carm. *n*) 56 *pressos* 59 descendit in aluo, *corr.* 66 rabies 74 q̃^{m} 77 Esonium (aus-*n*) 83 sedes ericis|acestem 86 calenti(s *er.*) 87 acheloidum 89 iranimen, *corr.* proci≡then 92 cecoprum 93 de *i. r. n* | ăn. vir. 95 remissas 97 vel. *b* | flauentia **100** posce 3 undis 5 et ut manes *ade*at 9 ferrum est 14 in silua 15 deuellere 20 la(p *b ex* s)sos 21 dea cuman≡ fallit 25 mun*us habere* tuum 27 eritis e *i. r. b* 28 *sic* 29 su-

Digitized by Google

spira≡tibus *haust*is 31 ne n. 34 prae|*ex* per 35 cīmea qd 37 ostendi, *corr.* -ens 45 uides *i. r. b* 48 faciat|uerba 49 redig*a*ntur 50 cognosse 55 euboicis, *corr. b* | emersus ab undis, *corr.* 59 naritius macereus | ulix(is *i. r. b*) 60 medi(*is i. r. b*) sub r. 63 *sic* 66 sus et setis consertus, *corr.* 69 ha | si *b ex* ni | ithaci 73 possum | impius 75 non *ex* nunc 77 si *n* 81 a monte (a *add. n*)|reuolso (*corr.* -ù) 82. 83 *add. inter versus m.*2 85 de] me, *corr. n* | fluctusue≡Ito≡ı≡ue (*corr.* lapisue) 87 *ab* acerua | re(mouit *i. r.*) 88 gemebundus 92. 241 ulixen(-m *corr.*) 94 viv. — cuius *add. int. vers. m. pr.* 97 Aut n. 99 nunc | madenti (-es *b*) **202** *ante* 201. oculos mi *et* i. m. *in r. b* 3 pressurum 7 cum 8 c. a.] oblisisq; 11 mad. (mand *n*) 12 frustra 14 tremiscens 15 cupiensq; mor*a*ri 17 expers 19 gemitu (t̄ gestu *n*) 24 *add. n in mg.* 25 quos *ex* qui 31 ipse 32 r. et p. 33 lami *b ex* imas|ueter(e *ex* i)m | strig. i. in *in ras.*, *sed m. pr.* 44 videnda c̄ *i. r. m.*3 50 set *i. r. b* 52 alphenora bini 54 a. uenimusq; in limin̄a 55 *sic* 60 murice (t̄ marmore *n*) 62 *sic* 72 omia≡ uoce 80 queri 86 c. in an*t*ra *suis*. solù 88 maneret 89 nec *ex* ni 90 moli 97 Hinc fidei, *corr.*2 **302** h*ac*//// 5 illū 8 uitaq; 14 ostendeus -ile | picum *i. r. b* 15 que *om.* 22 colorem 24 tot a. 25 graia *quat* edere pugna 29 albo 30 narue|farfarus *i. r. b* undę *ex* umbrę 31 *sic* 33 nympham 34 ionio 37 facies set 45 *phe*niceam 50 *sic* 53 possit 55 ait] tam̄ *i. r. b* 57 me nec mea 69 cantando desertur, *corr.* 71 et] ut|regis 82 reptatis 84 amans femina 85 *sic* 86 occasum 89 miratus 90 latis 91 di- *ex* duro 96 antiquo | restant **400** resolvi *i. r. m.*1 6 dictu(m *er.*) 11 uidentur 12 pauen*tum* 16 traphęsia 21 haec] et 22 latos 27 fessa et (ī gelida *b*) longa p. 28 ipsos-dolores 31 extremum tene*ras* 34 c(oloni *i. r. b*) 35 n*a*rrata per *annum* 36 multaq; 41 u*r*na 42 marmoreo 43 gaietam magnę 45 gge *i. r. n* 47 u.] imber 48 fulua *b ex* flaua 57 at uenelus frustra p. 58 iapie 61 que *om.* | petiit 63 sui(s *er.*) | nec (aut *n*) 64 ullos 65 remouentur | amari 67 ilion | fl. *b* 72 capherea (e *ex* a) | cladis *b* 73 referen(*ex* m)s 80 sunt 81 caphereus 82 fuisse 84 terroris | agamon *ex* at acmon 488. 86. 87. 92. 89-91. 86 nr̄a 88 faciet//// 891. in uu≡to|aut *ex* autem | rerum est 94 iratam | pleronius 95 ueterem *i. r. b* 99 n.] qq̄;//// **500** m. sed. br. 1 sinua(n *b*)tur 2 pedis 4 rhenore 8 dubiarum 9 *sed* habebis pr. 10 *dauni* 13 plucetyos 15. 14. — mana(*ntia i. r. b*) | semica(per *i. r.* 3) 19 mens *b ex* nunc 23 ob≡ticuit 24 est *add.* 3. 25 bacis 26 illas 28 rutili | ullis 29 inf*austa* 31 tecta 33 mulcifer|*m*alum 34 igne car. 35 idae de v. 36 pulsi(s *er.*) 37 complebi 40 cremauit (-*bit*) 47 stupea, *corr. n* | puppis 49 corpore 52 *sic* prius (t̄ sinus *n*) 53 spinę *b* muta*n*tur 57 naiades 59 saeuo *sic* 61 supposu*e*re m. n̄≡si qua gestabat a. 63 naritie 64 *sic* 65 *inter versus m.*2 67 ulum de *b* 70 te *b* 73 turno *m.*2 *ex* ui////o 74 hosp. uicta, *corr.* | qu(a *ex* e)m | barbarus ensis 75 patuerunt 76 e] *in* 82 cohercuit 88 te] se 94 est*is* | numine dignu*s* 99 municius **600** *sic* 4 respersit 8 indigena, *corr.* 10 successit 12 s. ecce latino 13 aepitus | cape(t *ex* n)us 15 cępit | d*i*mersus 16. 17 re(*ex* ro)mulus 22 palatinu*s* summę loca g. 24 amadrias 27 et *n* 29 passim *i. r. b* 30 lignum 32 recu*r*uas 35 pom(e *ex* a)ria 37 salta≡tibus 39 silūnus 41 pot(i *b ex* e)rentur 42 uertūnus 46 desertum|uersare 47 ut: u *i. r. n* 48 iurasses 57 per*i*tior 60 suscipiens 61 *sic m. pr.* 65 est *om.* | ulmo *b ex* illo 66 n.] uincta *i. r. b* | ////acclina 70 (lapit *i. r. b*)eia 71 *t*imidi *aut* audacis 74 tenet 75 tu *b* 78 delige 79 habes|tibi 81 sola] magna 82 quam *sic* 85 finge*n*tur 92 *sic* 93 ult. *ex* uict. 94 idaliam 95 quo(d *er.*) 99 anaxarethen **700** oss. *b ex* ign. 3 am. est 5-7 *add. in mg. b* 5 b. c.] alicui suadendo 6 perpensum 10 tristiq; ferae 11 austris 18 -the 20 lauro 22 cogeris eritq; *b* 24 *t*m curam (excessisse *i. r. b*)

Digitized by Google

25 c. est 31 ut *om.* 33 ad postes *ex* appositis | laudatos 35 summi^{s} 39 *sic* 40 adoperta, *corr. n* 44 miserarum 50 -thes 52 scandit 53 yphim 54 diriguere 58 corpore s. est 60 sala(mis *i. r.*) 61 om̃a, *corr.* 62 nymphę 63 sic | nec 65 *inter versus n* formas deus aptus in om̃s 66 de*mps*it 68 positas 69 rel*ux*it 71 nympha *est et* 72 amulii 73 nepotis 74 *sic* 76 que *i. r. m.*3 77 dign^{ā} | eruit 79 f(remunt *i. r. b*) 81 re*clud*it 86 naiades 91 fecundo(s *er.*)|fonti≡ 92 *add. int. vers. m.*2 95 nec *ex* non 98 praestructa **801** est *m.*3 3 ferro *i. r. b* 4 excedere 9 nec] et 10 q.] sun*t* 13 *sic* pia 14 toll(e *ex* a)s 17 $\overset{u}{o}$rbem 18 data 20 *sic* inpauidus 21 pronũ *ex* -us 22 palatii 23 non r. 25 ceu *sic* 27 puluisnaribus(s *er.*) 28 et] est | est *om.* 30 hersilem, *corr. n* 32 latio o et 38 arcus: *N desinit.* [39-51 *add. b* 46 fatebor *i. r.* 47 flag^{r}aṇs 48 hersilie crin*is* 50 p*ris*cum 51 ^{h}oram.]

[XV.

2 que] ue 9 hitalis 12 bubus 20 micilius dis illius 23 lap. eseris u. *et* 22 patr.-sedes *mutata* 27 pugnet | diu *om.* 28 inhibent 31 extulerant d. sidera noctis 33 et 34 pertimuit 37 patet 38 tendens 39 cuius celum 40 muneris 42 culpam 44 dim. 50 lac. tar. 51 sall. nerehtum 52 sinus nemesen et 54 arua 60 sed] si 62 remotus 69-70 *om.* (*m.rec.add.;* fluminis) 80 flore 89 coniesto 92 t. parit nich' inte tr. 93 rictus **100** mouerunt//// aere 4 fer.] deorum 9 tam-fuerunt 10 salva p. f. 12 potuisse 13 eruerit |-perit 17 f. q. 22 aequi 24 $\overset{t}{q}$a 25 annũ 26 *sic* | perculsit 31 praesignis(=*Erf.*), *recte?* 36 corpore 37 et] in 38 *sic* 46 investigata *sic* 49 validis 51 que *prius om.* 52 reuoluere 55 piacula 56 *sic* 61 pactolides 64 ab acteis 70 formas s. easdem(?) 79 uoluuntur 82 eadem ueniens 86 c. ut emeritas 89 c.] neq; 98 contrahat 99 secedere, *recte?* **201** et 4 albus 5 virtus *post* est 11 temperiem 13 suis 17 primo | habitavimus 30 solidarum m. ferarum 33 r.] miratur 36 nigra 38 peragunt 46 tenuatur 47 habet 50 densum 51 hic 53 reparat *sic* 61 e. v. 63 factasq; 70 admisit 71 et antiquis tam multa 72 *sic* 73 tyrreno lacus (*ex* litus) 75 modo toto 76 erasmus 78 alio 79 amasenus 82 anagrus | *sic* 84 fixerat, *recte?* (fecerat *Tegerns.*) 85 de *om.* 87 paros 88 Et phernis sa 93 queris **304** direpta bicornis 5 capri 7 aut (*sic?*) 11 A.] theumatis 12 narratur 15 *sic* | aruis 18 e. a. 20 si] quis 21 gr. m. 22 *sic* 26 pro(*corr.* prae)cidas 28 in illis 29 licestius 32 phenon 38 symplegades 43 flamma 48 materiem(?) 55 ignes 61 adhibenda 62 fluuidoq; 64 I*n* quoq; dilectos 65 uisu 68 scrabonis 71 que *om.* 78 pa. sup. 81 quantũ 86 cythareasq; 89 est *om.*2 93 non f. nec h. 96 ve] q; 98 Q simul 99 myrra **400** imposuit 3 est *om.* 14 uessica 16 corallium 17 undas 21 alias, *ꝛ illas* 28 est sp. | a.] magne 32 und$\overset{i}{a}$s 36 fatidicas, *om.* que 39 set 43 continget annotius *ꝛ utilius* 50 hoc 53 *sic* 55 que *om.* 58 in pectora 61 esse *om.* 62 *sic* 63 consueuit | illa 64 qui corpora c. 66 h.] edit 68 ille 69 quam t. 72 man. sat. 73 r. *que et* pedicas 75 formidantes 83 docuisse 93 nec iam 97 q.] si 98 crudel. | *sic* **503** ind. q; | off. q; repulsa 2. 4 *sic* eiecit 10 f$\overset{i}{u}$ndi 12 mollesq; 22 que 23 et 26 que *om.* 27 s. fr. d. 28 exalare *ex* -ri 41 *sic* 42 posset 46 assentior 58 indigete 65 cippus (*ubique*) 67 fontem 69 ueniebat 70 cornua 71 isto *ex* illi 73 ex 87 a] o 91 placali 93 *sic* **602** mo. fat. 6 trementis 12 dimisere 17 dederunt 18 bubus 20 *ante* 19. auratis 24 alti] undis 25 accerserit 27 morbo 29 nihil *om.* 34 pharetre *m. pr. ex* -as 36 adito (*corr.* -tu) | patef. 37 quid 40 accersite 42 explorat 44 q. postquà curua 47 certant adicere 49 et m. 55 tenet 60 uisum c. 67 *sic* 71 suo *m.*2 74 ille m. 75 castus 77 et d.] en d. | *sic* 78 adest 80 uisum 82 m. et v. 85 tum 91 respicit 94 *sic* 96 nauis **700** sexte 1 templa 2 n. dã silleaq; 3 amphrisia 4 celenia 5 remethiumq; | naritiam 7 domus 8 Yecoriamq; 11 stabiãq; 14 linturnum 15 colubris 17

Digitized by Google

prius que *om.* 18 ansur 19 euertere | locetur 19 tuus | numinis 29 barbariem gentesq; 37 uidebit 38 P.] 20 uentus 23 pacato 24 i. s. 29 ŏs| similes 43 *om.* 44 Tunc stetit 47 s.] nurŭq; *r patrŭ* 37 accliuia 42 lata numen | ignoscere 48 e. q. simul 50 *ante* 49. insidiis 51 est *om.* 55 simul euolat 49 lumine 54 preferri metridatis 60 ne 61 erat *b* 63 et *om.* 55 magnus 56 uincit 67 est *om.* 70 67 s.] quicquid 69 uulnerat 70 con- q; *er.* | presentibus 71 ignes 73 Dum fundunt 72 luctari 76 en] in me 78 76 ferat.]
extinguere 89 uultus 90 sp. et sp. 91 S.] tristis 93 sonantia 800 Hii monitus 3 m.] suum 4 A.] interdum 8 putas 11 concussum 15 nŭc 18

Dabam Francofurti ad Moenum mense Martio anni MDCCCLXXXVI.

L. S.

Cum Metamorphoseon librum Neapolitanum anno 1884 excussissem, editionem stereotypam a. 1872 adornatam denuo recognoscere statui. Quod cum bibliopola honestissimus libenter concessisset, tamen quia artis stereotypae ratio erat habenda, mutationes quam angustissimis fieri posset finibus contineri oportebat. Itaque in praefatione paucissima mutavi eoque potissimum consilio ut de coniecturis quibusdam a me factis receptisve referrem; alterum autem praefationem addidi, qua cum alia tum codicis illius N et descriptionem edidi et conlationem plane exhibui. Hoc quoque moneo, quae his proximis annis a viris doctis prolata sunt, me nulla fere attulisse; quod quaeso ne quis mihi vitio vertat: nam non solum ipse in alium quendam studiorum campum longe delatus sum, sed editio propter bibliopolae rationes nunc demum illa quidem foras datur, mutatio autem stereotyporum iam paullo plus biennio post quam codicem contuleram confecta est. At vel sic libellum emendatiorem utilioremque iam prodire putaverim: quem qui legent velim boni consulant.

D. Kal. Ian. a. MDCCCLXXXIX.

A. Riese.

Digitized by Google

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSES.

Digitized by Google

Ovidius Tristium I 7, 33—40.

Hos quoque sex versus, in prima fronte libelli
si praeponendos esse putabis, habe:

Orba parente suo quicumque volumina tangis,
his saltem vestra detur in urbe locus!
quoque magis faveas: haec non sunt edita ab ipso,
sed quasi de domini funere rapta sui.
quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
emendaturus, si licuisset, eram.

Digitized by Google

METAMORPHOSEON

LIBER PRIMUS.

In nova fert animus mutatas dicere formas
corpora: di, coeptis (nam vos mutastis et illas)
aspirate meis, primaque ab origine mundi
ad mea perpetuum deducite tempora carmen!
Ante mare et terras et, quod tegit omnia, caelum *Creatio mundi.*
unus erat toto naturae vultus in orbe,
quem dixere chaos: rudis indigestaque moles,
nec quicquam nisi pondus iners congestaque eodem
non bene iunctarum discordia semina rerum.
nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan,
nec nova crescendo reparabat cornua Phoebe,
nec circumfuso pendebat in aëre tellus
ponderibus librata suis, nec bracchia longo
margine terrarum porrexerat Amphitrite:
utque erat et tellus illic et pontus et aër,
sic erat instabilis tellus, innabilis unda,
lucis egens aër. nulli sua forma manebat,
obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno
frigida pugnabant calidis, umentia siccis,
mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
hanc deus et melior litem natura diremit.
nam caelo terras et terris abscidit undas
et liquidum spisso secrevit ab aëre caelum.
quae postquam evolvit caecoque exemit acervo,
dissociata locis concordi pace ligavit.
ignea convexi vis et sine pondere caeli
emicuit summaque locum sibi fecit in arce:
proximus est aër illi levitate locoque:
densior his tellus elementaque grandia traxit
et pressa est gravitate sua. circumfluus umor
ultima possedit solidumque coërcuit orbem.
sic ubi dispositam, quisquis fuit ille deorum,
congeriem secuit sectamque in membra redegit:

LIBRARY OF THE UNIVERSITY
Digitized by Google

principio terram, ne non aequalis ab omni
parte foret, magni speciem glomeravit in orbis.
tum freta diffudit rapidisque tumescere ventis
iussit et ambitae circumdare litora terrae.
addidit et fontes et stagna immensa lacusque,
fluminaque obliquis cinxit declivia ripis,
quae, diversa locis, partim sorbentur ab ipsa,
in mare perveniunt partim, campoque recepta
liberioris aquae pro ripis litora pulsant.
iussit et extendi campos, subsidere valles,
fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.
utque duae dextra caelum totidemque sinistra
parte secant zonae, quinta est ardentior illis:
sic onus inclusum numero distinxit eodem
cura dei, totidemque plagae tellure premuntur.
quarum quae media est, non est habitabilis aestu:
nix tegit alta duas; totidem inter utramque locavit
temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.
imminet his aër. qui, quanto est pondere terrae
pondus aquae levius, tanto est onerosior igni.
illic et nebulas, illic consistere nubes
iussit et humanas motura tonitrua mentes
et cum fulminibus facientes frigora ventos.
his quoque non passim mundi fabricator habendum
aëra permisit; vix nunc obsistitur illis,
cum sua quisque regant diverso flamina tractu,
quin lanient mundum: tanta est discordia fratrum.
eurus ad auroram Nabataeaque regna recessit
Persidaque et radiis iuga subdita matutinis.
vesper et, occiduo quae litora sole tepescunt,
proxima sunt zephyro: Scythiam septemque triones
horrifer invasit boreas. contraria tellus
nubibus assiduis pluvioque madescit ab austro.
haec super imposuit liquidum et gravitate carentem
aethera nec quicquam terrenae faecis habentem.
vix ita limitibus dissaepserat omnia certis,
cum, quae pressa diu massa latuere sub illa,
sidera coeperunt toto effervescere caelo.
neu regio foret ulla suis animalibus orba,
astra tenent caeleste solum formaeque deorum,
cesserunt nitidis habitandae piscibus undae,
terra feras cepit, volucres agitabilis aër.
Sanctius his animal mentisque capacius altae *Creatio hominis.*
deerat adhuc, et quod dominari in cetera posset.

Digitized by Google

natus homo est: sive hunc divino semine fecit
ille opifex rerum, mundi melioris origo,
sive recens tellus seductaque nuper ab alto
aethere cognati retinebat semina caeli;
quam satus Iapeto, mixtam fluvialibus undis,
finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
pronaque cum spectent animalia cetera terram,
os homini sublime dedit, caelumque videre
iussit et erectos ad sidera tollere vultus.
sic, modo quae fuerat rudis et sine imagine, tellus
induit ignotas hominum conversa figuras.

Quattuor mundi aetates

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,
sponte sua, sine lege, fidem rectumque colebat.
poena metusque aberant; nec verba minantia fixo
aere legebantur, nec supplex turba timebat
iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.
nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,
montibus in liquidas pinus descenderat undas;
nullaque mortales praeter sua litora norant.
nondum praecipites cingebant oppida fossae;
non tuba directi, non aeris cornua flexi,
non galeae, non ensis erat; sine militis usu
mollia securae peragebant otia gentes.
ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis
saucia vomeribus per se dabat omnia tellus:
contentique cibis nullo cogente creatis
arbuteos fetus montanaque fraga legebant
cornaque et in duris haerentia mora rubetis,
et quae deciderant patula Iovis arbore glandes.
ver erat aeternum, placidique tepentibus auris
mulcebant zephyri natos sine semine flores.
mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
nec renovatus ager gravidis canebat aristis:
flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
flavaque de viridi stillabant ilice mella.

Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso,
sub Iove mundus erat, subiit argentea proles
auro deterior, fulvo pretiosior aere.
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,
perque hiemes aestusque et inaequales autumnos
et breve ver spatiis exegit quattuor annum.
tum primum siccis aër fervoribus ustus
canduit, et ventis glacies astricta pependit.
tum primum subiere domus: domus antra fuerunt

Digitized by Google

et densi frutices et vinctae cortice virgae.
semina tum primum longis Cerealia sulcis
obruta sunt, pressique iugo gemuere iuvenci.
Tertia post illas successit aënea proles,
saevior ingeniis et ad horrida promptior arma,
non scelerata tamen. — de duro est ultima ferro.
protinus irrupit venae peioris in aevum
omne nefas. fugere pudor verumque fidesque:
in quorum subiere locum fraudesque dolique
insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi.
vela dabat ventis (neque adhuc bene noverat illos)
navita, quaeque diu steterant in montibus altis,
fluctibus ignotis insultavere carinae.
communemque prius, ceu lumina solis et auras,
cautus humum longo signavit limite mensor.
nec tantum segetes alimentaque debita dives
poscebatur humus, sed itum est in viscera terrae:
quasque recondiderat Stygiisque admoverat umbris,
effodiuntur opes, irritamenta malorum.
iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum
prodierat; prodit Bellum, quod pugnat utroque,
sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
vivitur ex rapto; non hospes ab hospite tutus,
non socer a genero; fratrum quoque gratia rara est.
imminet exitio vir coniugis, illa mariti:
lurida terribiles miscent aconita novercae:
filius ante diem patrios inquirit in annos.
victa iacet pietas; et virgo caede madentes
ultima caelestum terras Astraea reliquit.

Gigantomachia.

Neve foret terris securior arduus aether,
affectasse ferunt regnum caeleste Gigantas
altaque congestos struxisse ad sidera montes.
tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
fulmine et excussit subiectae Pelion Ossae.
obruta mole sua cum corpora dira iacerent,
perfusam multo natorum sanguine Terram
immaduisse ferunt calidumque animasse cruorem,
et, ne nulla suae stirpis monimenta manerent,
in faciem vertisse hominum. sed et illa propago
contemptrix superum saevaeque avidissima caedis
et violenta fuit: scires e sanguine natos.

Concilium deorum.

Quae pater ut summa vidit Saturnius arce,
ingemit et, facto nondum vulgata recenti
foeda Lycaoniae referens convivia mensae,

Digitized by Google

ingentes animo et dignas Iove concipit iras
conciliumque vocat. tenuit mora nulla vocatos.
est via sublimis, caelo manifesta sereno:
lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
hac iter est superis ad magni tecta Tonantis
regalemque domum. dextra laevaque deorum
atria nobilium valvis celebrantur apertis;
plebs habitat diversa locis; a fronte potentes
caelicolae clarique suos posuere Penates.
hic locus est, quem, si verbis audacia detur,
haud timeam magni dixisse Palatia caeli.
ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,
celsior ipse loco sceptroque innixus eburno
terrificam capitis concussit terque quaterque
caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit.
talibus inde modis ora indignantia solvit:
'non ego pro mundi regno magis anxius illa
tempestate fui, qua centum quisque parabat
inicere anguipedum captivo bracchia caelo.
nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno
corpore et ex una pendebat origine bellum.
nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orbem,
perdendum est mortale genus. per flumina iuro
infera sub terra Stygio labentia luco:
cuncta prius temptata. sed immedicabile vulnus
ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.
sunt mihi semidei, sunt rustica numina Nymphae
Faunique Satyrique et monticolae Silvani:
quos quoniam caeli nondum dignamur honore,
quas dedimus, certe terras habitare sinamus.
an satis, o superi, tutos fore creditis illos,
cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque regoque,
struxerit insidias notus feritate Lycaon?'
confremuere omnes studiisque ardentibus ausum
talia deposcunt. sic, cum manus impia saevit
sanguine Caesareo Romanum extinguere nomen,
attonitum tanto subitae terrore ruinae
humanum genus est totusque perhorruit orbis.
nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum est,
quam fuit illa Iovi. qui postquam voce manuque
murmura compressit, tenuere silentia cuncti.
substitit ut clamor, pressus gravitate regentis,
Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit:
'ille quidem poenas — curam hanc dimittite — solvit.

Digitized by Google

quod tamen admissum, quae sit vindicta, docebo.
contigerat nostras infamia temporis aures:
quam cupiens falsam, summo delabor Olympo
et deus humana lustro sub imagine terras.
longa mora est, quantum noxae sit ubique repertum,
enumerare: minor fuit ipsa infamia vero.
Maenala transieram latebris horrenda ferarum (*Lycaon.*)
et cum Cyllene gelidi pineta Lycaei.
Arcadis hinc sedes et inhospita tecta tyranni
ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem.
signa dedi, venisse deum, vulgusque precari
coeperat. irridet primo pia vota Lycaon,
mox ait "experiar, deus hic, discrimine aperto,
an sit mortalis. nec erit dubitabile verum."
nocte gravem somno necopina perdere morte
me parat: haec illi placet experientia veri!
nec contentus eo est: missi de gente Molossa
obsidis unius iugulum mucrone resolvit,
atque ita semineces partim ferventibus artus
mollit aquis, partim subiecto torruit igni.
quos simul imposuit mensis, ego vindice flamma
in domino dignos everti tecta Penates.
territus ipse fugit, nactusque silentia ruris
exululat frustraque loqui conatur. ab ipso
colligit os rabiem, solitaeque cupidine caedis
vertitur in pecudes et nunc quoque sanguine gaudet.
in villos abeunt vestes, in crura lacerti:
fit lupus et veteris servat vestigia formae.
canities eadem est, eadem violentia vultus,
idem oculi lucent, eadem feritatis imago est.
occidit una domus: sed non domus una perire
digna fuit — qua terra patet, fera regnat Erinys.
in facinus iurasse putes. dent ocius omnes,
quas meruere pati (sic stat sententia), poenas.'
Dicta Iovis pars voce probant stimulosque frementi *Diluvium.*
adiciunt, alii partes assensibus implent.
est tamen humani generis iactura dolori
omnibus, et, quae sit terrae mortalibus orbae
forma futura, rogant; quis sit laturus in aras
tura; ferisne paret populandas tradere terras.
talia quaerentes (sibi enim fore cetera curae)
rex superum trepidare vetat, subolemque priori
dissimilem populo promittit origine mira.
iamque erat in totas sparsurus fulmina terras:

Digitized by Google

sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus aether
conciperet flammas, longusque ardesceret axis.
esse quoque in fatis reminiscitur, adfore tempus,
quo mare, quo tellus correptaque regia caeli
ardeat et mundi moles operosa laboret.
tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.
poena placet diversa, genus mortale sub undis
perdere et ex omni nimbos demittere caelo.
protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris,
et quaecumque fugant inductas flamina nubes,
emittitque Notum. madidis Notus evolat alis,
terribilem picea tectus caligine vultum:
barba gravis nimbis, canis fluit unda capillis,
fronte sedent nebulae, rorant pennaeque sinusque.
utque manu late pendentia nubila pressit,
fit fragor; hinc densi funduntur ab aethere nimbi.
nuntia Iunonis varios induta colores
concipit Iris aquas alimentaque nubibus adfert.
sternuntur segetes et deplorata colonis
vota iacent, longique perit labor irritus anni.
nec caelo contenta suo est Iovis ira, sed illum
caeruleus frater iuvat auxiliaribus undis.
convocat hic Amnes. qui postquam tecta tyranni
intravere sui, 'non est hortamine longo
nunc' ait 'utendum. vires effundite vestras
(sic opus est), aperite domos ac mole remota
fluminibus vestris totas inmittite habenas!'
iusserat. hi redeunt ac fontibus ora relaxant,
et defrenato volvuntur in aequora cursu.
ipse tridente suo terram percussit: at illa
intremuit motuque vias patefecit aquarum.
expatiata ruunt per apertos flumina campos,
cumque satis arbusta simul pecudesque virosque
tectaque cumque suis rapiunt penetralia sacris.
si qua domus mansit potuitque resistere tanto
indeiecta malo, culmen tamen altior huius
unda tegit, pressaeque latent sub gurgite turres.
iamque mare et tellus nullum discrimen habebant:
omnia pontus erant: deerant quoque litora ponto.
occupat hic collem; cumba sedet alter adunca
et ducit remos illic, ubi nuper ararat.
ille supra segetes aut mersae culmina villae
navigat: hic summa piscem deprendit in ulmo.
figitur in viridi, si fors tulit, ancora prato,

Digitized by Google

aut subiecta terunt curvae vineta carinae.
et, modo qua graciles gramen carpsere capellae,
nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocae.
mirantur sub aqua lucos urbesque domosque
Nereïdes; silvasque tenent delphines et altis
incursant ramis agitataque robora pulsant.
nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones,
unda vehit tigres. nec vires fulminis apro,
crura nec ablato prosunt velocia cervo.
quaesitisque diu terris, ubi sistere posset,
in mare lassatis volucris vaga decidit alis.
obruerat tumulos immensa licentia ponti,
pulsabantque novi montana cacumina fluctus.
maxima pars unda rapitur: quibus unda pepercit,
illos longa domant inopi ieiunia victu.

Deucalion et Pyrrha.

Separat Aonios Oetaeis Phocis ab arvis,
terra ferax, dum terra fuit. sed tempore in illo
pars maris et latus subitarum campus aquarum.
mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,
nomine Parnasus, superantque cacumina nubes.
hic ubi Deucalion (nam cetera texerat aequor)
cum consorte tori parva rate vectus adhaesit,
Corycidas nymphas et numina montis adorant
fatidicamque Themin, quae tunc oracla tenebat.
non illo melior quisquam nec amantior aequi
vir fuit, aut illa metuentior ulla deorum.
Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem
et superesse virum de tot modo milibus unum
et superesse videt de tot modo milibus unam,
innocuos ambos, cultores numinis ambos,
nubila disiecit, nimbisque aquilone remotis
et caelo terras ostendit et aethera terris.
nec maris ira manet; positoque tricuspide telo
mulcet aquas rector pelagi, supraque profundum
extantem atque umeros innato murice tectum
caeruleum Tritona vocat, conchaeque sonanti
inspirare iubet fluctusque et flumina signo
iam revocare dato. cava bucina sumitur illi
tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo,
bucina, quae medio concepit ubi aëra ponto,
litora voce replet sub utroque iacentia Phoebo.
tunc quoque, ut ora dei madida rorantia barba
coeptus ab agricolis superos pervenit ad omnes
ambitiosus honor. solas sine ture relictas
praeteritae cessasse ferunt Latoidos aras.
tangit et ira deos. 'at non impune feremus:
quaeque inhonoratae, non et dicemur inultae'
inquit. et Oenios ultorem spreta per agros
misit aprum, quanto maiores herbida tauros
non habet Epiros, sed habent Sicula arva minores.
sanguine et igne micant oculi, riget horrida cervix,
stantque velut vallum, velut alta hastilia setae;
fervida cum rauco latos stridore per armos
spuma fluit, dentes aequantur dentibus Indis,
fulmen ab ore venit, frondes adflatibus ardent.
is modo crescentes segetes proculcat in herba,
nunc matura metit fleturi vota coloni
et Cererem in spicis intercipit. area frustra,
et frustra expectant promissas horrea messes.
sternuntur gravidi longo cum palmite fetus
bacaque cum ramis semper frondentis olivae.
saevit et in pecudes. non has pastorve canisve,
non armenta truces possunt defendere tauri.
diffugiunt populi nec se nisi moenibus urbis
esse putant tutos: donec Meleagros et una
lecta manus iuvenum coiere cupidine laudis:
Tyndaridae gemini, praestantes caestibus alter,
alter equo, primaeque ratis molitor Iason,
et cum Pirithoo, felix concordia, Theseus,
et duo Thestiadae, prolesque Aphareïa Lynceus
et velox Idas, et iam non femina Caeneus,
Leucippusque ferox iaculoque insignis Acastus,
Hippothousque Dryasque et cretus Amyntore Phoenix,
Actoridaeque pares, et missus ab Elide Phyleus.
nec Telamon aberat magnique creator Achillis,
cumque Pheretiade et Hyanteo Iolao
impiger Eurytion et cursu invictus Echion,
Naryciusque Lelex Panopeusque Hyleusque feroxque
Hippasus, et primis etiamnum Nestor in annis,
et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis,
Penelopesque socer cum Parrhasio Ancaeo
Ampycidesque sagax et adhuc a coniuge tutus
Oeclides, nemorisque decus Tegeaea Lycaei.
rasilis huic summam mordebat fibula vestem;

Digitized by Google

crinis erat simplex, nodum collectus in unum;
ex umero pendens resonabat eburnea laevo
telorum custos: arcum quoque laeva tenebat.
talis erat cultu. facies, quam dicere vere
virgineam in puero, puerilem in virgine possis.
hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
optavit, renuente deo, flammasque latentes
hausit et 'o felix, si quem dignabitur' inquit
'ista virum!' nec plura sinit tempusque pudorque
dicere: maius opus magni certaminis urget.
Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat aetas,
incipit a plano devexaque prospicit arva.
quo postquam venere viri, pars retia tendunt,
vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur
signa pedum, cupiuntque suum reperire periclum.
concava vallis erat, quo se demittere rivi
assuerant pluvialis aquae. tenet ima lacunae
lenta salix ulvaeque leves iuncique palustres
viminaque et longa parvae sub harundine cannae.
hinc aper excitus medios violentus in hostes
fertur, ut excussis elisi nubibus ignes.
sternitur incursu nemus, et propulsa fragorem
silva dat. exclamant iuvenes, praetentaque forti
tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
ille ruit spargitque canes, ut quisque furenti
obstat, et obliquo latrantes dissipat ictu.
cuspis Echionio primum contorta lacerto
vana fuit, truncoque dedit leve vulnus acerno.
proxima, si nimiis mittentis viribus usa
non foret, in tergo visa est haesura petito:
longius it. auctor teli Pagasaeus Iason.
'Phoebe,' ait Ampycides 'si te coluique coloque,
da mihi quod petitur certo contingere telo!'
qua potuit, precibus deus adnuit. ictus ab illo est,
sed sine vulnere, aper: ferrum Diana volanti
abstulerat iaculo; lignum sine acumine venit.
ira feri mota est, nec fulmine lenius arsit:
emicat ex oculis, spirat quoque pectore flamma.
utque volat moles adducto concita nervo,
cum petit aut muros aut plenas milite turres,
in iuvenes certo sic impete vulnificus sus
fertur, et Hippalmon Pelagonaque, dextra tuentes
cornua, prosternit. socii rapuere iacentes.
at non letiferos effugit Enaesimus ictus

Digitized by Google

Hippocoonte satus. trepidantem et terga parantem
vertere succiso liquerunt poplite nervi.
forsitan et Pylius citra Troiana perisset
tempora: sed sumpto posita conamine ab hasta
arboris insiluit, quae stabat proxima, ramis,
despexitque loco tutus, quem fugerat, hostem.
dentibus ille ferox in querno stipite tritis
imminet exitio, fidensque recentibus armis
Eurytidae magni rostro femur hausit adunco.
at gemini, nondum caelestia sidera, fratres,
ambo conspicui, nive candidioribus ambo
vectabantur equis, ambo vibrata per auras
hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
vulnera fecissent, nisi saetiger inter opacas,
nec iaculis, isset, nec equo loca pervia, silvas.
persequitur Telamon, studioque incautus eundi
pronus ab arborea cecidit radice retentus.
dum levat hunc Peleus, celerem Tegeaea sagittam
imposuit nervo sinuatoque expulit arcu.
fixa sub aure feri summum destrinxit harundo
corpus, et exiguo rubefecit sanguine saetas.
nec tamen illa sui successu laetior ictus,
quam Meleagros erat. primus vidisse putatur
et primus sociis visum ostendisse cruorem,
et 'meritum' dixisse 'feres virtutis honorem.'
erubuere viri seque exhortantur et addunt
cum clamore animos iaciuntque sine ordine tela.
turba nocet iactis, et quos petit, impedit ictus.
ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas
'discite, femineis quid tela virilia praestent,
o iuvenes, operique meo concedite' dixit.
'ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,
invita tamen hunc perimet mea dextra Diana.'
talia magniloquo tumidus memoraverat ore,
ancipitemque manu tollens utraque securim
institerat digitis, primos suspensus in artus.
occupat audentem, quaque est via proxima leto,
summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.
concidit Ancaeus, glomerataque sanguine multo
viscera lapsa fluunt; madefacta est terra cruore.
ibat in adversum proles Ixionis hostem
Pirithous, valida quatiens venabula dextra.
cui 'procul' Aegides 'o me mihi carior' inquit
'pars animae, consiste, meae! licet eminus esse

Digitized by Google

fortibus: Ancaeo nocuit temeraria virtus.'
dixit, et aerata torsit grave cuspide cornum:
quo bene librato votique potente futuro
obstitit aesculea frondosus ab arbore ramus.
misit et Aesonides iaculum, quod casus ab illo
vertit in immeriti fatum latrantis, et inter
ilia coniectum tellure per ilia fixum est.
at manus Oenidae variat: missisque duabus,
hasta prior terra, medio stetit altera tergo.
nec mora: dum saevit, dum corpora versat in orbem
stridentemque novo spumam cum sanguine fundit,
vulneris auctor adest hostemque irritat ad iram
splendidaque adversos venabula condit in armos.
gaudia testantur socii clamore secundo
victricemque petunt dextrae coniungere dextram;
immanemque ferum multa tellure iacentem
mirantes spectant, neque adhuc contingere tutum
esse putant: sed tela tamen sua quisque cruentat.
ipse pede imposito caput exitiabile pressit,
atque ita 'sume mei spolium, Nonacria, iuris'
dixit 'et in partem veniat mea gloria tecum.'
protinus exuvias rigidis horrentia saetis
terga dat et magnis insignia dentibus ora.
illi laetitiae est cum munere muneris auctor:
invidere alii, totoque erat agmine murmur.
e quibus ingenti tendentes bracchia voce
'pone, age, nec titulos intercipe, femina, nostros,'
Thestiadae clamant 'nec te fiducia formae
decipiat, ne sit longe tibi captus amore
auctor' et huic adimunt munus, ius muneris illi.
non tulit, et tumida frendens Mavortius ira
'discite; raptores alieni' dixit 'honoris,
facta minis quantum distent,' hausitque nefando
pectora Plexippi, nil tale timentia, ferro.
Toxea, quid faciat, dubium, pariterque volentem
ulcisci fratrem fraternaque fata timentem
haud patitur dubitare diu, calidumque priori
caede recalfecit consorti sanguine telum.
Dona deum templis, nato victore, ferebat, *Althaea.*
cum videt extinctos fratres Althaea referri.
quae plangore dato maestis clamoribus urbem
implet et auratis mutavit vestibus atras.
at simul est auctor necis editus, excidit omnis
luctus, et a lacrimis in poenae versus amorem est.

Digitized by Google

stipes erat, quem, cum partus enixa iaceret
Thestias, in flammam triplices posuere sorores;
staminaque impresso fatalia pollice nentes
'tempora' dixerunt 'eadem lignoque tibique,
o modo nate, damus.' quo postquam carmine dicto
excessere deae, flagrantem mater ab igne
eripuit ramum sparsitque liquentibus undis.
ille diu fuerat penetralibus abditus imis,
servatusque tuos, iuvenis, servaverat annos.
protulit hunc genetrix taedasque et fragmina poni
imperat, et positis inimicos admovet ignes.
tum conata quater flammis imponere ramum,
coepta quater tenuit. pugnant materque sororque,
et diversa trahunt unum duo nomina pectus.
saepe metu sceleris pallebant ora futuri:
saepe suum fervens oculis dabat ira ruborem.
et modo nescio quid similis crudele minanti
vultus erat, modo quem misereri credere posses.
cumque ferus lacrimas animi siccaverat ardor,
inveniebantur lacrimae tamen. utque carina,
quam ventus ventoque rapit contrarius aestus,
vim geminam sentit paretque incerta duobus:
Thestias haud aliter dubiis affectibus errat
inque vices ponit positamque resuscitat iram.
incipit esse tamen melior germana parente,
et consanguineas ut sanguine leniat umbras,
impietate pia est. nam postquam pestifer ignis
convaluit, 'rogus iste cremet mea viscera' dixit.
utque manu dira lignum fatale tenebat,
ante sepulcrales infelix astitit aras,
'poenarum'que 'deae triplices, furialibus,' inquit
'Eumenides, sacris vultus advertite vestros.
ulciscor facioque nefas: mors morte pianda est:
in scelus addendum scelus est, in funera funus:
per coacervatos pereat domus impia luctus.
an felix Oeneus nato victore fruetur,
Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo.
vos modo, fraterni Manes animaeque recentes,
officium sentite meum, magnoque paratas
accipite inferias, uteri mala pignora nostri. —
ei mihi! quo rapior? fratres, ignoscite matri!
deficiunt ad coepta manus. meruisse fatemur
illum, cur pereat: mortis mihi displicet auctor.
ergo impune feret, vivusque et victor et ipso

Digitized by Google

successu tumidus regnum Calydonis habebit:
vos cinis exiguus gelidaeque iacebitis umbrae?
haud equidem patiar. pereat sceleratus et ille
spemque patris regnumque trahat patriaeque ruinam.
mens ubi materna est? ubi sunt pia iura parentum
et quos sustinui bis mensum quinque labores?
o utinam primis arsisses ignibus infans,
idque ego passa forem! vixisti munere nostro;
nunc merito moriere tuo. cape praemia facti,
bisque datam, primum partu, mox stipite rapto,
redde animam, — vel me fraternis adde sepulcris!
et cupio, et nequeo. quid agam? modo vulnera fratrum
ante oculos mihi sunt et tantae caedis imago:
nunc animum pietas maternaque nomina frangunt.
me miseram! male vincetis, sed vincite, fratres:
dummodo, quae dedero vobis, solacia vosque
ipsa sequar.' dixit, dextraque aversa trementi
funereum torrem medios coniecit in ignes.
aut dedit, aut visus gemitus est ipse dedisse
stipes, ut invitis correptus ab ignibus arsit.
inscius atque absens flamma Meleagros ab illa
uritur, et caecis torreri viscera sentit
ignibus ac magnos superat virtute dolores.
quod tamen ignavo cadat et sine sanguine leto,
maeret, et Ancaei felicia vulnera dicit:
grandaevumque patrem fratresque piasque sorores
cum gemitu sociamque tori vocat ore supremo:
forsitan et matrem. crescunt ignisque dolorque
languescuntque iterum: simul est extinctus uterque,
inque leves abiit paulatim spiritus auras
paulatim cana prunam velante favilla.
alta iacet Calydon: lugent iuvenesque senesque,
vulgusque proceresque gemunt, scissaeque capillos
planguntur matres Calydonides Eueninae.
pulvere canitiem genitor vultusque seniles
foedat humi fusus spatiosumque increpat aevum.
nam de matre manus, diri sibi conscia facti,
exegit poenas, acto per viscera ferro.
Meleagri sorores.
non mihi si centum deus ora sonantia linguis
ingeniumque capax totumque Helicona dedisset,
tristia persequerer miserarum vota sororum.
immemores decoris liventia pectora tundunt;
dumque manet corpus, corpus refoventque foventque;
oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto;

Digitized by Google

post cinerem cineres haustos ad pectora pressant;
adfusaeque iacent tumulo, signataque saxo
nomina complexae lacrimas in nomina fundunt.
quas Parthaoniae tandem Latonia clade
exsatiata domus, praeter Gorgenque nurumque
nobilis Alcmenae, natis in corpore pennis
allevat, et longas per bracchia porrigit alas
corneaque ora facit versasque per aëra mittit.
Interea Theseus sociati parte laboris *Achelous.*
functus Erechtheas Tritonidos ibat ad arces.
clausit iter fecitque moras Achelous eunti,
imbre tumens. 'succede meis,' ait 'inclite, tectis,
Cecropida, nec te committe rapacibus undis.
ferre trabes solidas obliquaque volvere magno
murmure saxa solent. vidi contermina ripae
cum gregibus stabula alta trahi; nec fortibus illic
profuit armentis, nec equis velocibus esse.
multa quoque hic torrens nivibus de monte solutis
corpora turbineo iuvenalia vertice mersit.
tutior est requies, solito dum flumina currant
limite, dum tenues capiat suus alveus undas.
adnuit Aegides, 'utar'que 'Acheloe, domoque
consilioque tuo' respondit: et usus utroque est.
pumice multicavo nec levibus atria tofis
structa subit. molli tellus erat umida musco:
summa lacunabant alterno murice conchae.
iamque duas lucis partes Hyperione menso
discubuere toris Theseus comitesque laborum:
hac Ixionides, illa Troezenius heros
parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis,
quosque alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum, laetissimus hospite tanto.
protinus appositas nudae vestigia nymphae
instruxere epulis mensas, dapibusque remotis
in gemma posuere merum. tum maximus heros, (*Echinades.*)
aequora prospiciens oculis subiecta, 'quis' inquit
'ille locus?' digitoque ostendit, 'et insula nomen
quod gerat illa, doce — quamquam non una videtur.'
Amnis ad haec 'non est', inquit 'quod cernitis, unum:
quinque iacent terrae. spatium discrimina fallit.
quoque minus spretae factum mirere Dianae,
Naides hae fuerant. quae cum bis quinque iuvencos
mactassent rurisque deos ad sacra vocassent,
immemores nostri festas duxere choreas.

Digitized by Google

intumui, quantusque feror, cum plurimus, unquam,
tantus eram, pariterque animis immanis et undis
a silvis silvas et ab arvis arva revulsi,
cumque loco nymphas, memores tum denique nostri,
in freta provolvi. fluctus nosterque marisque
continuam diduxit humum partesque revellit
in totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.

Perimele.

Ut tamen ipse vides, procul en procul una recessit
insula grata mihi: Perimelen navita dicit.
huic ego virgineum dilectae nomen ademi.
quod pater Hippodamas aegre tulit, inque profundum
propulit e scopulo periturae corpora natae.
excepi, nantemque ferens "o proxima mundi
regna vagae" dixi "sortite Tridentifer undae,
adfer opem, mersaeque, precor, feritate paterna
da, Neptune, locum. vel sit locus ipsa, licebit."
dum loquor, amplexa est artus nova terra natantes,
et gravis increvit mutatis insula membris.'

Philemon et Baucis.

Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
moverat. irridet credentes, utque deorum
spretor erat mentisque ferox Ixione natus,
'ficta refers nimiumque putas, Acheloe, potentes
esse deos,' dixit 'si dant adimuntque figuras.'
obstipuere omnes nec talia dicta probarunt:
ante omnesque Lelex, animo maturus et aevo,
sic ait: 'immensa est finemque potentia caeli
non habet, et quicquid superi voluere, peractum est.
quoque minus dubites: tiliae contermina quercus
collibus est Phrygiis, modico circumdata muro.
ipse locum vidi: nam me Pelopeïa Pittheus
misit in arva suo quondam regnata parenti.
haud procul hinc stagnum est: tellus habitabilis olim,
nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.
Iuppiter huc specie mortali, cumque parente
venit Atlantiades positis caducifer alis.
mille domos adiere, locum requiemque petentes:
mille domos clausere serae. tamen una recepit,
parva quidem, stipulis et canna tecta palustri:
sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon
illa sunt annis iuncti iuvenalibus, illa
consenuere casa. paupertatemque fatendo
effecere levem nec iniqua mente ferendo.
nec refert, dominos illic famulosne requiras:
tota domus duo sunt, idem parentque iubentque.

Digitized by Google

ergo ubi caelicolae parvos tetigere Penates
summissoque humiles intrarunt vertice postes,
membra senex posito iussit relevare sedili,
quo super iniecit textum rude sedula Baucis.
inde foco tepidum cinerem dimovit et ignes
suscitat hesternos foliisque et cortice sicco
nutrit et ad flammas anima producit anili,
multifidasque faces ramaliaque arida tecto
detulit et minuit parvoque admovit aëno.
quodque suus coniunx riguo collegerat horto,
truncat holus foliis. furca levat ille bicorni
sordida terga suis nigro pendentia tigno:
servatoque diu resecat de tergore partem
exiguam, sectamque domat ferventibus undis.
interea medias fallunt sermonibus horas
†sentirique moram prohibent. erat alveus illic
fagineus, dura clavo suspensus ab ansa:
is tepidis impletur aquis artusque fovendos
accipit. in medio torus est de mollibus ulvis†
impositus lecto sponda pedibusque salignis.
vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
sternere consuerant. sed et haec vilisque vetusque
vestis erat, lecto non indignanda saligno.
accubuere dei. mensam succincta tremensque
ponit anus. mensae sed erat pes tertius impar:
testa parem fecit. quae postquam subdita clivum
sustulit, aequatam mentae tersere virentes.
ponitur hic bicolor sincerae baca Minervae
conditaque in liquida corna autumnalia faece
intibaque et radix et lactis massa coacti
ovaque non acri leviter versata favilla:
omnia fictilibus. post haec caelatus eodem
sistitur argento crater, fabricataque fago
pocula, qua cava sunt, flaventibus illita ceris.
parva mora est, epulasque foci misere calentes,
nec longae rursus referuntur vina senectae,
dantque locum mensis paulum seducta secundis.
hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis
prunaque et in patulis redolentia mala canistris
et de purpureis collectae vitibus uvae.
candidus in medio favus est. super omnia vultus
accessere boni, nec iners pauperque voluntas.
interea totiens haustum cratera repleri
sponte sua per seque vident succrescere vina.

Digitized by Google

attoniti novitate pavent manibusque supinis
concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon
et veniam dapibus nullisque paratibus orant.
unicus anser erat, minimae custodia villae,
quem dis hospitibus domini mactare parabant.
ille celer penna tardos aetate fatigat
eluditque diu tandemque est visus ad ipsos
confugisse deos. superi vetuere necari:
"di"que "sumus, meritasque luet vicinia poenas
impia" dixerunt. "vobis immunibus huius
esse mali dabitur. modo vestra relinquite tecta
ac nostros comitate gradus, et in ardua montis
ite simul." parent † et dis praeeuntibus ambo
membra levant baculis, tardique senilibus annis†
nituntur longo vestigia ponere clivo.
tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta
missa potest: flexere oculos, et mersa palude
cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere.
dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum,
illa vetus, dominis etiam casa parva duobus
vertitur in templum; furcas subiere columnae:
stramina flavescunt, auratque tecta videntur,
caelataeque fores, adopertaque marmore tellus.
talia tum placido Saturnius edidit ore:
"dicite, iuste senex, et femina coniuge iusto
digna, quid optetis." cum Baucide pauca locutus
iudicium superis aperit commune Philemon:
"esse sacerdotes delubraque vestra tueri
poscimus. et quoniam concordes egimus annos,
auferat hora duos eadem. nec coniugis unquam
busta meae videam, neu sim tumulandus ab illa."
vota fides sequitur. templi tutela fuere,
donec vita data est. annis aevoque soluti
ante gradus sacros cum starent forte lócique
narrarent casus, frondere Philemona Baucis,
Baucida conspexit senior frondere Philemon.
iamque super geminos crescente cacumine vultus
mutua, dum licuit, reddebant dicta "vale",que
"o coniunx" dixere simul, simul abdita texit
ora frutex. ostendit adhuc Thimnëius illic
incola de gemino vicinos corpore truncos.
haec mihi non vani (neque erat, cur fallere vellent)
narravere senes. equidem pendentia vidi
serta super ramos, ponensque recentia dixi

Digitized by Google

"'cura deum di sint, et qui coluere, colantur.'"
Desierat. cunctosque et res et moverat auctor: *Proteus.*
Thesea praecipue. quem facta audire volentem
mira deûm innixus cubito Calydonius Amnis
talibus alloquitur: 'sunt, o fortissime, quorum
forma semel mota est et in hoc renovamine mansit:
sunt, quibus in plures ius est transire figuras,
ut tibi, complexi terram maris incola, Proteu.
nam modo te iuvenem, modo te videre leonem;
nunc violentus aper, nunc, quem tetigisse timerent,
anguis eras, modo te faciebant cornua taurum.
saepe lapis poteras, arbor quoque saepe videri:
interdum, faciem liquidarum imitatus aquarum,
flumen eras: interdum undis contrarius ignis.
nec minus Autolyci coniunx Erysichthone nata *Erysichthon.*
iuris habet. pater huius erat, qui numina divum
sperneret et nullos aris adoleret odores.
ille etiam Cereale nemus violasse securi
dicitur et lucos ferro temerasse vetustos.
stabat in his ingens annoso robore quercus,
una nemus. vittae mediam memoresque tabellae
sertaque cingebant, voti argumenta potentis.
saepe sub hac Dryades festas duxere choreas:
saepe etiam manibus nexis ex ordine trunci
circuiere modum, mensuraque roboris ulnas
quinque ter implebat. nec non et cetera tanto
silva sub hac, silva quanto fuit herba sub omni.
non tamen idcirco ferrum Triopeïus illa
abstinuit, famulosque iubet succidere sacrum
robur. et ut iussos cunctari vidit, ab uno
edidit haec rapta sceleratus verba securi:
"non dilecta deae solum, sed et ipsa licebit
sit dea: iam tanget frondente cacumine terram."
dixit. et obliquos dum telum librat in ictus,
contremuit gemitumque dedit Deoia quercus:
et pariter frondes, pariter pallescere glandes
coepere, ac longi pallorem ducere rami.
cuius ut in trunco fecit manus impia vulnus,
haud aliter fluxit discusso cortice sanguis,
quam solet, ante aras ingens ubi victima taurus
concidit, abrupta cruor e cervice profundi.
obstipuere omnes, aliquisque ex omnibus audet
deterrere nefas saevamque inhibere bipennem.
aspicit hunc, "mentis"que "piae cape praemia!" dixit

Digitized by Google

Thessalus, inque virum convertit ab arbore ferrum
detruncatque caput; repetitaque robora caedit,
redditus e medio sonus est cum robore talis:
"nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno:
quae tibi factorum poenas instare tuorum
vaticinor moriens, nostri solacia leti."
persequitur scelus ille suum: labefactaque tandem
ictibus innumeris adductaque funibus arbor
corruit et multam prostravit pondere silvam.
attonitae Dryades damno nemorumque suoque,
omnes germanae, Cererem cum vestibus atris
maerentes adeunt poenamque Erysichthonis orant.
adnuit his, capitisque sui pulcherrima motu
concussit gravidis oneratos messibus agros:
moliturque — genus poenae miserabile, si non
ille suis esset nulli miserabilis actis —
pestifera lacerare Fame. quae quatinus ipsi
non adeunda deae est (neque enim Cereremque Famemque
fata coire sinunt) montani numinis unam
talibus agrestem compellat Oreada dictis:
"est locus extremis Scythiae glacialis in oris,
triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus:
Frigus iners illic habitant Pallorque Tremorque
et ieiuna Fames. ea se in praecordia condat
sacrilegi scelerata, iube: nec copia rerum
vincat eam, superetque meas certamine vires.
neve viae spatium te terreat, accipe currus,
accipe, quos frenis alte moderere, dracones"
et dedit. illa dato subvecta per aëra curru
devenit in Scythiam, rigidique cacumine montis
(Caucason appellant) serpentum colla levavit:
quaesitamque Famem lapidoso vidit in agro
unguibus et raras vellentem dentibus herbas.
hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore,
labra incana situ, scabrae rubigine fauces,
dura cutis, per quam spectari viscera possent;
ossa sub incurvis extabant arida lumbis,
ventris erat pro ventre locus; pendere putares
pectus et a spinae tantummodo crate teneri.
auxerat articulos macies, genuumque tumebat
orbis, et immodico prodibant tubere tali.
hanc procul ut vidit — neque enim est accedere iuxta
ausa — refert mandata deae. paulumque morata,
quamquam aberat longe, quamquam modo venerat illuc,

Digitized by Google

visa tamen sensisse famem! retroque dracones
egit in Haemoniam versis sublimis habenis.
Dicta Fames Cereris, quamvis contraria semper
illius est operi, peragit, perque aëra vento
ad iussam delata domum est et protinus intrat
sacrilegi thalamos, altoque sopore solutum —
noctis erat tempus — geminis amplectitur ulnis:
seque viro inspirat faucesque et pectus et ora
adflat et in vacuis spargit ieiunia venis.
functaque mandato fecundum deserit orbem
inque domos inopes, assueta revertitur antra.
lenis adhuc somnus placidis Erysichthona pennis
mulcebat. petit ille dapes sub imagine somni
oraque vana movet dentemque in dente fatigat,
exercetque cibo delusum guttur inani
proque epulis tenues nequiquam devorat auras.
ut vero est expulsa quies, furit ardor edendi
perque avidas fauces immensaque viscera regnat.
nec mora: quod pontus, quod terra, quod educat aër,
poscit; et appositis queritur ieiunia mensis,
inque epulis epulas quaerit. quodque urbibus esse
quodque satis poterat populo, non sufficit uni;
plusque cupit, quo plura suam demittit in alvum.
utque fretum recipit de tota flumina terra
nec satiatur aquis, peregrinosque ebibit amnes:
utque rapax ignis non unquam alimenta recusat
innumerasque trabes cremat, et quo copia maior
est data, plura petit, turbaque voracior ipsa est:
sic epulas omnes Erysichthonis ora profani
accipiunt, poscuntque simul. cibus omnis in illo
causa cibi est, semperque locus fit inanis edendo.
iamque fame patrias altaque voragine ventris
attenuarat opes: sed inattenuata manebat
tum quoque dira fames, implacataeque vigebat
flamma gulae. tandem demisso in viscera censu
filia restabat, non illo digna parente.
hanc quoque vendit inops. dominum generosa recusat, *Mestra.*
et vicina suas tendens super aequora palmas
"eripe me domino, qui raptae praemia nobis
virginitatis habes" ait. haec Neptunus habebat.
qui prece non spreta, quamvis iam visa sequenti
esset ero, formamque novat vultumque virilem
induit et cultus pisces capientibus aptos.
hanc dominus spectans "o qui pendentia parvo

Digitized by Google

aera cibo celas, moderator harundinis," inquit,
"sic mare compositum, sic sit tibi piscis in unda
credulus et nullos, nisi fixus, sentiat hamos:
quae modo cum vili turbatis veste capillis
litore in hoc steterat (nam stantem in litore vidi),
dic ubi sit. neque enim vestigia longius extant."
illa dei munus bene cedere sensit, et a se
se quaeri gaudens, his est resecuta rogantem:
"quisquis es, ignoscas; in nullam lumina partem
gurgite ab hoc flexi, studioque operatus inhaesi.
quoque minus dubites, sic has deus aequoris artes
adiuvet, ut nemo iamdudum litore in isto,
me tamen excepto, nec femina constitit ulla."
credidit et verso dominus pede pressit harenam
elususque abiit: illi sua reddita forma est.
ast ubi habere suam transformia corpora sensit,
saepe pater dominis Triopeïda tradit. at illa
nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat
praebebatque avido non iusta alimenta parenti.
vis tamen illa mali postquam consumpserat omnem
materiam, derantque gravi nova pabula morbo,
ipse suos artus lacero divellere morsu
coepit et infelix minuendo corpus alebat.
quid moror externis? etiam mihi nempe novandi est
corporis, o iuvenis, numero finita potestas.
nam modo qui nunc sum videor: modo flector in anguem:
armenti modo dux vires in cornua sumo: —
cornua, dum potui: nunc pars caret altera telo
frontis, ut ipse vides.' gemitus sunt verba secuti.

LIBER NONUS

Achelous et Hercules.

Quae gemitus truncaeque deo Neptunius heros
causa rogat frontis. cum sic Calydonius amnis
coepit, inornatos redimitus harundine crines:
'triste petis munus. quis enim sua proelia victus
commemorare velit? referam tamen ordine. nec tam
turpe fuit vinci, quam contendisse decorum est;
magnaque dat nobis tantus solacia victor.
nomine si qua suo fando pervenit ad aures
Deïanira tuas: quondam pulcherrima virgo,
multorumque fuit spes invidiosa procorum.
cum quibus ut soceri domus est intrata petiti,

"accipe me generum," dixi "Parthaone nate:"
dixit et Alcides. alii cessere duobus.
ille Iovem socerum dare se, famamque laborum,
et superata suae referebat iussa novercae.
contra ego "turpe deum mortali cedere" dixi
(nondum erat ille deus): "regem me cernis aquarum
cursibus obliquis inter tua regna fluentum.
nec gener externis hospes tibi missus ab oris,
sed popularis ero et rerum pars una tuarum.
tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno
odit, et omnis abest iussorum poena laborum.
nam, quo te iactas, Alcmena nate, creatum,
Iuppiter, aut falsus pater est aut crimine verus.
matris adulterio patrem petis. elige, fictum
esse Iovem malis, an te per dedecus ortum."
talia dicentem iamdudum lumine torvo
spectat et accensae non fortiter imperat irae,
verbaque tot reddit: "melior mihi dextera lingua.
dummodo pugnando superem, tu vince loquendo"
congrediturque ferox. puduit modo magna locutum
cedere: reieci viridem de corpore vestem
bracchiaque opposui tenuique a pectore varas
in statione manus, et pugnae membra paravi.
ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,
inque vicem fulvae tactu flavescit harenae.
et modo cervicem, modo crura micantia captat,
aut captare putes, omnique a parte lacessit.
me mea defendit gravitas, frustraque petebar:
haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus
oppugnant; manet illa suoque est pondere tuta.
digredimur paulum rursusque ad bella coimus,
inque gradu stetimus, certi non cedere; eratque
cum pede pes iunctus, totoque ego pectore pronus
et digitos digitis et frontem fronte premebam.
non aliter vidi fortes concurrere tauros,
cum pretium pugnae toto nitidissima saltu
expetitur coniunx. spectant armenta paventque,
nescia, quem maneat tanti victoria regni.
ter sine profectu voluit nitentia contra
reicere Alcides a se mea pectora: quarto
excutit amplexus adductaque bracchia solvit:
impulsumque manu — certum est mihi vera fateri —
protinus avertit, tergoque onerosus inhaesit.
si qua fides (neque enim ficta mihi gloria voce

Digitized by Google

quaeritur), imposito pressus mihi monte videbar.
vix tamen inserui sudore fluentia multo
bracchia, vix solvi duros a pectore nexus.
instat anhelanti prohibetque resumere vires,
et cervice mea potitur. tum denique tellus
pressa genu nostro est, et harenas ore momordi.
inferior virtute, meas devertor ad artes,
elaborque viro longum formatus in anguem.
qui postquam flexos sinuavi corpus in orbes,
cumque fero movi linguam stridore bisulcam,
risit, et illudens nostras Tirynthius artes
"cunarum labor est angues superare mearum,"
dixit, "et ut vincas alios, Acheloë, dracones,
pars quota Lernaeae serpens eris unus Echidnae?
vulneribus fecunda suis erat illa, nec ullum
de centum numero caput est impune recisum,
quin gemino cervix herede valentior esset.
hanc ego ramosam natis e caede colubris
crescentemque malo domui domitamque reclusi.
quid fore te credas, falsum qui versus in anguem
arma aliena moves? quem forma precaria celat?"
dixerat: et summo digitorum vincula collo
inicit. angebar, ceu guttura forcipe pressus:
pollicibusque meas pugnabam evellere fauces.
sic quoque devicto restabat tertia tauri
forma trucis: tauro mutatus membra rebello.
induit ille toris a laeva parte lacertos
admissumque trahens sequitur, depressaque dura
cornua figit humo meque alta sternit harena.
nec satis hoc fuerat: rigidum fera dextera cornu
dum tenet, infregit, truncaque a fronte revellit.
Naides hoc, pomis et odoro flore repletum,
sacrarunt; divesque meo Bona Copia cornu est.'
dixerat. et nymphe, ritu succincta Dianae,
una ministrarum, fusis utrimque capillis,
incessit totumque tulit praedivite cornu
autumnum et mensas, felicia poma, secundas.
lux subit; et primo feriente cacumina sole
discedunt iuvenes (neque enim, dum flumina pacem
et placidos habeant lapsus totaeque residant,
opperiuntur, aquae); vultus Achelous agrestes
et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamen ablati domuit iactura decoris, *Nessus.*
cetera sospes habet; capitis quoque fronde saligna

Digitized by Google

aut super imposita celatur harundine damnum.
at te, Nesse ferox, eiusdem virginis ardor
perdiderat volucri traiectum terga sagitta.
namque nova repetens patrios cum coniuge muros
venerat Eueni rapidas Iove natus ad undas.
uberior solito, nimbis hiemalibus auctus
verticibusque frequens erat atque impervius amnis.
intrepidum pro se, curam de coniuge agentem
Nessus adit, membrisque valens scitusque vadorum,
'officio'que 'meo ripa sistetur in illa
haec', ait 'Alcide: tu viribus utere nando;'
pallentemque metu fluviumque ipsumque timentem
tradidit Aonius pavidam Calydonida Nesso.
mox, ut erat, pharetraque gravis spolioque leonis
(nam clavam et curvos trans ripam miserat arcus)
'quandoquidem coepi, superentur flumina' dixit,
nec dubitat nec, qua sit clementissimus amnis,
quaerit, et obsequio deferri spernit aquarum.
iamque tenens ripam, missos cum tolleret arcus,
coniugis agnovit vocem, Nessoque paranti
fallere depositum: 'quo te fiducia' clamat
'vana pedum, violente, rapit? tibi, Nesse biformis,
dicimus: exaudi, nec res intercipe nostras!
si te nulla mei reverentia movit, at orbes
concubitus vetitos poterant inhibere paterni.
haud tamen effugies, quamvis ope fidis equina.
vulnere, non pedibus te consequar.' ultima dicta
re probat et missa fugientia terga sagitta
traicit. extabat ferrum de pectore aduncum.
quod simul evulsum est, sanguis per utrumque foramen
emicuit, mixtus Lernaei tabe veneni.
excipit hunc Nessus. 'neque enim moriemur inulti'
secum ait, et calido velamina tincta cruore
dat munus raptae velut irritamen amoris.

Herculis mors.

Longa fuit medii mora temporis, actaque magni
Herculis implerant terras, odiumque novercae.
victor ab Oechalia Cenaeo sacra parabat
vota Iovi, cum fama loquax praecessit ad aures,
Deïanira, tuas, quae veris addere falsa
gaudet et e minimo sua per mendacia crescit,
Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.
credit amans Venerisque novae perterrita fama
indulsit primo lacrimis flendoque dolorem
diffudit miseranda suum. mox deinde 'quid autem

flemus?' ait 'paelex lacrimis laetabitur istis.
quae quoniam adveniet, properandum aliquidque novandum est,
dum licet et nondum thalamos tenet altera nostros.
conquerar an sileam? repetam Calydona morerne?
excedam tectis an, si nihil amplius, obstem?
quid si, me, Meleagre, tuam memor esse sororem,
forte paro facinus, quantumque iniuria possit
femineusque dolor, iugulata paelice testor?'
in cursus animus varios abit: omnibus illis
praetulit, imbutam Nesseo sanguine vestem
mittere, quae vires defecto reddat amori.
ignaroque Lichae, quid tradat nescia, luctus
ipsa suos tradit, blandisque miserrima verbis,
dona det illa viro, mandat. capit inscius heros
induiturque umeris Lernaeae virus Echidnae.
tura dabat primis et verba precantia flammis
vinaque marmoreas patera fundebat in aras.
incaluit vis illa mali resolutaque flammis
Herculeos abiit late dilapsa per artus.
dum potuit, solita gemitum virtute repressit.
victa malis postquam est patientia, reppulit aras
implevitque suis nemorosam vocibus Oeten.
nec mora, letiferam conatur scindere vestem:
qua trahitur, trahit illa cutem; foedumque relatu,
aut haeret membris frustra temptata revelli,
aut laceros artus et grandia detegit ossa.
ipse cruor, gelido ceu quondam lammina candens
tincta lacu, stridit coquiturque ardente veneno.
nec modus est: sorbent avidae praecordia flammae,
caeruleusque fluit toto de corpore sudor,
ambustique sonant nervi, caecaque medullis
tabe liquefactis tollens ad sidera palmas
'cladibus' exclamat, 'Saturnia, pascere nostris:
pascere et hanc pestem specta, crudelis, ab alto,
corque ferum satia: vel si miserandus et hosti,
hoc est, si tibi sum, diris cruciatibus aegram
invisamque animam natamque laboribus aufer.
mors mihi munus erit: decet haec dare dona novercam.
ergo ego foedantem peregrino templa cruore
Busirin domui? saevoque alimenta parentis
Antaeo eripui? nec me pastoris Hiberi
forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, movit?
vosne, manus, validi pressistis cornua tauri?

Digitized by Google

vestrum opus Elis habet, vestrum Stymphalides undae
Partheniumque nemus? vestra virtute relatus
Thermodontiaco caelatus balteus auro,
pomaque ab insomni concustodita dracone?
nec mihi Centauri potuere resistere, nec mi
Arcadiae vastator aper? nec profuit hydrae
crescere per damnum geminasque resumere vires?
quid, quod Thracis equos humano sanguine pingues
plenaque corporibus laceris praesaepia vidi
visaque deieci dominumque ipsosque peremi?
his elisa iacet moles Nemeaea lacertis:
hac caelum cervice tuli. defessa iubendo est
saeva Iovis coniunx: ego sum indefessus agendo.
sed nova pestis adest, cui nec virtute resisti
nec telis armisque potest. pulmonibus errat
ignis edax imis perque omnes pascitur artus:
at valet Eurystheus! et sunt, qui credere possint
esse deos?' dixit, perque altam saucius Oeten
haud aliter graditur, quam si venabula taurus
corpore fixa gerat, factique refugerit auctor.
saepe illum gemitus edentem, saepe frementem,
saepe retemptantem totas rescindere vestes
sternentemque trabes irascentemque videres
montibus aut patrio tendentem bracchia caelo.
ecce Lichan trepidum, latitantem rupe cavata (*Lichas.*)
aspicit. utque dolor rabiem collegerat omnem,
'tune, Licha,' dixit 'feralia dona dedisti?
tune meae necis auctor eris?' tremit ille pavetque
pallidus et timide verba excusantia dicit.
dicentem genibusque manus adhibere parantem
corripit Alcides, et terque quaterque rotatum
mittit in Euboicas tormento fortius undas.
ille per aërias pendens induruit auras.
utque ferunt imbres gelidis concrescere ventis,
inde nives fieri, nivibus quoque molle rotatis
astringi et spissa glomerari grandine corpus:
sic illum validis iactum per inane lacertis
exanguemque metu nec quicquam umoris habentem
in rigidos versum silices prior edidit aetas.
nunc quoque in Euboico scopulus brevis eminet alto
gurgite et humanae servat vestigia formae,
quem, quasi sensurum, nautae calcare verentur
appellantque Lichan. at tu, Iovis inclita proles,
arboribus caesis, quas ardua gesserat Oete,

Digitized by Google

inque pyram structis, arcum pharetramque capacem
regnaque visuras iterum Troiana sagittas
ferre iubes Poeante satum; quo flamma ministro
subdita. dumque avidis comprenditur ignibus agger,
congeriem silvae Nemeaeo vellere summam
sternis et imposita clavae cervice recumbis,
haud alio vultu, quam si conviva iaceres
inter plena meri redimitus pocula sertis.
Iamque valens et in omne latus diffusa sonabat
securosque artus contemptoremque petebat
flamma suum. timuere dei pro vindice terrae.
quos ita (sensit enim) laeto Saturnius ore
Iuppiter alloquitur: 'nostra est timor iste voluptas,
o superi, totoque libens mihi pectore grator,
quod memoris populi dicor rectorque paterque,
et mea progenies vestro quoque tuta favore est.
nam quamquam ipsius datur hoc immanibus actis,
obligor ipse tamen. sed enim (nec pectora vano
fida metu paveant) istas iam spernite flammas.
omnia qui vicit, vincet, quos cernitis, ignes;
nec nisi materna Volcanum parte potentem
sentiet. aeternum est, a me quod traxit, et expers
atque immune necis nullique domabile flammae.
idque ego defunctum terra caelestibus oris
accipiam, cunctisque meum laetabile factum
dis fore confido. si quis tamen Hercule, si quis
forte deo doliturus erit, data praemia nolet,
sed meruisse dari sciet invitusque probabit.'
assensere dei. coniunx quoque regia visa est
cetera non duro, duro tamen ultima vultu
dicta tulisse Iovis seque indoluisse notatam.
interea quodcumque fuit populabile flammae,
Mulciber abstulerat; nec cognoscenda remansit
Herculis effigies, nec quicquam ab imagine ductum
matris habet, tantumque Iovis vestigia servat.
utque novus serpens, posita cum pelle senecta,
luxuriare solet squamaque nitere recenti:
sic ubi mortales Tirynthius exuit artus,
parte sui meliore viget, maiorque videri
coepit et augusta fieri gravitate verendus.
quem pater omnipotens inter cava nubila raptum
quadriiugo curru radiantibus intulit astris.

Alcmene et Galanthis.

Sensit Atlas pondus. neque adhuc Stheneleïus iras
solverat Eurystheus, odiumque in prole paternum

Digitized by Google

exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis Alcmene, questus ubi ponat aniles,
cui referat nati testatos orbe labores
cuive suos casus, Iolen habet. Herculis illam
imperiis thalamoque animoque receperat Hyllus,
impleratque uterum generoso semine. cui sic
incipit Alcmene: 'faveant tibi numina saltem
corripiantque moras, tum cum matura vocabis
praepositam timidis parientibus Ilithyiam.
quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.
namque laboriferi cum iam natalis adesset
Herculis et decimum premeretur sidere signum,
tendebat gravitas uterum mihi; quodque ferebam,
tantum erat, ut posses auctorem dicere tecti
ponderis esse Iovem. nec iam tolerare labores
ulterius poteram; quin nunc quoque frigidus artus,
dum loquor, horror habet, parsque est meminisse doloris.
septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,
fessa malis, tendensque ad caelum bracchia, magno
Lucinam Nixosque pares clamore vocabam.
illa quidem venit, sed praecorrupta, meumque
quae donare caput Iunoni vellet iniquae.
utque meos audit gemitus, subsedit in illa
ante fores ara, dextroque a poplite laevum
pressa genu, digitis inter se pectine iunctis,
sustinuit partus. tacita quoque carmina voce
dixit, et inceptos tenuerunt carmina partus.
nitor, et ingrato facio convicia demens
vana Iovi cupioque mori, moturaque duros
verba queror silices. matres Cadmeïdes adsunt
votaque suscipiunt exhortanturque dolentem.
una ministrarum media de plebe Galanthis,
flava comas, aderat, faciendis strenua iussis,
officiis dilecta suis; ea sensit iniqua
nescio quid Iunone geri. dumque exit et intrat
saepe fores, divam residentem vidit in ara
bracchiaque in genibus digitis conexa tenentem,
et 'quaecumque es,' ait 'dominae gratare: levata est
Argolis Alcmene, potiturque puerpera voto.'
exiluit iunctasque manus pavefacta remisit
diva potens uteri: vinclis levor ipsa remissis.
numine decepto risisse Galanthida fama est.
ridentem prensamque ipsis dea saeva capillis
traxit, et e terra corpus relevare volentem

Digitized by Google

arcuit inque pedes mutavit bracchia primos.
strenuitas antiqua manet; nec terga colorem
amisere suum: forma est diversa priori.
quae quia mendaci parientem iuverat ore,
ore parit; nostrasque domos, ut et ante, frequentat.'
Dixit et admonitu veteris commota ministrae *Dryope.*
ingemuit. quam sic nurus est adfata dolentem:
'te tamen, o genetrix, alienae a sanguine nostro
rapta movet facies. quid si tibi mira sororis
fata meae referam? quamquam lacrimaeque dolorque
impediunt prohibentque loqui. fuit unica matri
(me pater ex alia genuit) notissima forma
Oechalidum Dryope. quam virginitate carentem
vimque dei passam Delphos Delumque tenentis
excipit Andraemon, et habetur coniuge felix.
est lacus, acclivis devexo margine formam
litoris efficiens: summum myrteta coronant.
venerat huc Dryope fatorum nescia, quoque
indignere magis, nymphis latura coronas:
inque sinu puerum, qui nondum impleverat annum,
dulce ferebat onus tepidique ope lactis alebat.
haud procul a stagno Tyrios imitata colores
in spem bacarum florebat aquatica lotos.
carpserat hinc Dryope, quos oblectamina nato
porrigeret, flores. et idem factura videbar
(namque aderam): vidi guttas e flore cruentas
decidere, et tremulo ramos horrore moveri.
scilicet, ut referunt tardi nunc denique agrestes,
Lotis in hanc nymphe, fugiens obscena Priapi,
contulerat versos, servato nomine, vultus.
nescierat soror hoc; quae cum perterrita retro
ire et adoratis vellet discedere nymphis,
haeserunt radice pedes. convellere pugnat:
nec quicquam, nisi summa movet: subcrescit ab imo
totaque paulatim lentus premit inguina cortex.
ut vidit, conata manu laniare capillos,
fronde manum implevit; frondes caput omne tenebant.
at puer Amphissus(namque hoc avus Eurytus illi
addiderat nomen) materna rigescere sentit
ubera, nec sequitur ducentem lacteus umor.
spectatrix aderam fati crudelis opemque
non poteram tibi ferre, soror; quantumque valebam,
crescentem truncum ramosque amplexa morabar:
et, fateor, volui sub eodem cortice condi.

Digitized by Google

ecce vir Andraemon genitorque miserrimus adsunt
et quaerunt Dryopen: Dryopen quaerentibus illis
ostendi loton. tepido dant oscula ligno
adfusique suae radicibus arboris haerent.
nil nisi iam faciem, quod non foret arbor, habebat
cara soror. lacrimae misero de corpore factis
inrorant foliis; et dum licet, oraque praestant
vocis iter, tales effundit in aëra questus:
"si qua fides miseris, hoc me per numina iuro
non meruisse nefas: patior sine crimine poenam.
viximus innocuae. si mentior, arida perdam
quas habeo frondes, et caesa securibus urar.
hunc tamen infantem maternis demite ramis
et date nutrici, [nostraque sub arbore saepe
lac facitote bibat,] nostraque sub arbore ludat.
cumque loqui poterit, matrem facitote salutet
et tristis dicat '"latet hoc in stipite mater."'
stagna tamen timeat nec carpat ab arbore flores
et frutices omnes corpus putet esse dearum.
care vale coniunx, et tu germana, paterque!
qui, si qua est pietas, ab acutae vulnere falcis,
a pecoris morsu frondes defendite nostras.
et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est,
erigite huc artus et ad oscula nostra venite,
dum tangi possunt, parvumque attollite natum.
plura loqui nequeo; nam iam per candida mollis
colla liber serpit, summoque cacumine condor.
ex oculis removete manus: sine munere vestro
contegat inductus morientia lumina cortex."
desierant simul ora loqui, simul esse: diuque
corpore mutato rami caluere recentes.'

Iolaus.

Dumque refert Iole factum mirabile, dumque
Eurytidos lacrimas admoto pollice siccat
Alcmene (flet et ipsa tamen), compescuit omnem
res nova tristitiam. nam limine constitit alto
paene puer dubiaque tegens lanugine malas,
ora reformatus primos Iolaus in annos.
hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe,
victa viri precibus. quae cum iurare pararet,
dona tributuram post hunc se talia nulli,
non est passa Themis. 'nam iam discordia Thebae
bella movent' dixit, 'Capaneusque nisi ab Iove vinci
haud poterit; fientque pares in vulnere fratres;
subductaque suos Manes tellure videbit

Callirhoës filii.

Digitized by Google

vivus adhuc vates; ultusque parente parentem
natus erit facto pius et sceleratus eodem;
attonitusque malis, exul mentisque domusque,
vultibus Eumenidum matrisque agitabitur umbris,
donec eum coniunx fatale poposcerit aurum,
cognatumque latus Phegeïus hauserit ensis.
tum demum magno petet hos Acheloia supplex
ab Iove Callirhoë natis infantibus annos.
neve necem sinat esse sui cultoris inultam,
Iuppiter his motus privignae dona nurusque
praecipiet facietque viros impubibus annis.'

Deorum sermones.

Haec ubi faticano venturi praescia dixit
ore Themis, vario superi sermone fremebant,
et, cur non aliis eadem dare dona liceret,
murmur erat. queritur veteres Pallantias annos
coniugis esse sui: queritur canescere mitis
Iasiona Ceres: repetitum Mulciber aevum
poscit Erichthonio: Venerem quoque cura futuri
tangit et Anchisae renovare paciscitur annos.
cui studeat, deus omnis habet; crescitque favore
turbida seditio, donec sua Iuppiter ora
solvit et 'o! nostri si qua est reverentia,' dixit
'quo ruitis? tantumne aliquis sibi posse videtur,
fata quoque ut superet? fatis Iolaus in annos,
quos egit, rediit: fatis iuvenescere debent
Callirhoë geniti, non ambitione nec armis.
vos etiam (quoque hoc animo meliore feratis:
me quoque) fata regunt. quae si mutare valerem,
nec nostrum seri curvarent Aeacon anni,
perpetuumque aevi florem Rhadamanthus haberet
cum Minoë meo, qui propter amara senectae
pondera despicitur nec quo prius ordine regnat.'
dicta Iovis movere deos; nec sustinet ullus,
cum videat fessos Rhadamanthon et Aeacon annis
et Minoa, queri. qui, dum fuit integer aevi,
terruerat magnas ipso quoque nomine gentes;
tunc erat invalidus, Deïonidenque iuventae
robore Miletum Phoeboque parente superbum
pertimuit, credensque suis insurgere regnis
haud tamen est patriis arcere Penatibus ausus.
sponte fugis, Milete, tua, celerique carina
Aegaeas metiris aquas et in Aside terra
moenia constituis positoris habentia nomen.
hic tibi, dum sequitur patriae curvamina ripae,

Digitized by Google

filia Maeandri totiens redeuntis eodem,
cognita Cyanee praestantia corpora forma,
Byblida cum Cauno, prolem est enixa gemellam. *Byblis.*
Byblis in exemplo est, ut ament concessa puellae.
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris
non soror ut fratrem, nec qua debebat, amavit.
illa quidem primo nullos intellegit ignes,
nec peccare putat, quod saepius oscula iungat,
quod sua fraterno circumdet bracchia collo;
mendacique diu pietatis fallitur umbra.
paulatim declinat amor, visuraque fratrem
culta venit nimiumque cupit formosa videri:
et si qua est illic formosior, invidet illi.
sed nondum manifesta sibi est nullumque sub illo
igne facit votum: verumtamen aestuat intus.
